2004

VITA

B.

MATHIÆ

1150

2-I-5

BIBLIOTECA
DEL
Rey N. Señor.

VII H 5

1150

Cuenca 246

Ms.
2004

N. 246.
De la Biblioth.ª del Maior de Cuenca

MATTHIAS
Sive
DE VITA ET
Gestis Beati Mattiæ Apostoli.

AUTHORE D.
Francisco Ferdinãdio de Cordova, Abbate Rutensi.

1623.

2-

Legi ex delegatione illustrissimi Episcopi Cordubensis Librum de vita, et gestis S. Matthiæ doctissimi, æquè et nobilissimi D. Francisci de Cordova. Et ut multa paucis dicam; est in eo dictio pura, sine affectatione; eruditio varia, neq obvia; iudicium in vestigando solers, in suspicando acutum, in opinando cautum, in decernendo prudens. Denique omnis doctrina sana est, et orthodoxa; fidei catholicæ non modò non adversa, sed undequaq conveniens, ex Sacræ Scripturæ arcanis, et veterum Patrum scriptis maxime cum lectione, et electione delibata. atq adeò opus esse iudico, ut opus hoc opibus plenum communi utilitati evulgetur, ut ex hoc thesauro Lectores studiosi nova, et vetera discant, et proferant. Cordubenonis Ianuarij. 1624.

D.r D. gonsalus de Cordova Carrillo

Legi ex delegatione Illustrissimi Episcopi Cordubensis
Librum de vita, et gestis D. Matthiae Bocchisini, aequae et
Rectissimi D. Francisci de Cordova. Et ut multa pau-
cis dicam; est in eo doctissima, sine appellatione; erudi-
tio varia, nec vana; iudicium in vestigando sitis,
in dispicando acutum, in spirando cautum, in decer-
nendo gravis. Denique omnis doctrina sana est, et
orthodoxa; fidei catholicae non modo non adversa, sed
undequaque conveniens, ex Sacrae Scripturae arcanis,
et veterum Patrum scriptis maxime cum Lectione,
et electione delibata. atque adeo ipsius iudicio, ut
quis hoc opus plenum communi utilitati evulgatum,
ut ex Sacrae Theologiae Cathedrae Lucensis nova, et veteri
dicant, et proferant. Cordubae nonis Januarii 1624.

D. Gonsalus de
Cordova Sanillo

Don fray Diego de Mardones Por la Graçia de Dios y de la sancta yglessia de Roma obispo de Cordoua Confessor de su Mag.d y de su Consejo &c.a Porquanto por censura del D.or Don Gonçalo de Cordoua Carrillo Canonigo de Scriptura de nuestra yglessia Cathedral Predicador y Capellan de su Mag.d y Calificador de la sancta y general ynquisiçion Aqui en Remitimos viesse el libro que ha escrito de vita et gestis sancti Matthiae Apostoli Don fran.co fernandez de Cordoua Abbad de Rute, nos consta que no tiene cossa que ympida su ympression Damos liçencia para que se pueda ymprimir preçediendo las diligençias que por leyes destos Reynos esta ordenado açerca de estampar los libros en ellos Dada en nr̃o Palaçio obispal de Cordoua A veinte y seis de henero de mill y seisçientos y veinte y quatro Años

f. d. obp̃o de Cor.ua

Por man.do del obispo mi señor

Don fran.co de Salinas Medinilla

2

DEI AC D.N. JXPI =
electo apostolo, ecclesiæ Principi, bea
to Matthiæ, Judaico, Macedonico, =
Ægyptiaco, Cappadocico, Pio, Felici, Trium
phatori, semper Augusto, Franciscus
Fernandus de Cordoua, Rutenæ =
Abbas, sanctitati eius, nominique
devotus humilis client
Patrono Optimo hoc
D. D. Q.

DEI AC D. N. JXPI =

electo apostolo, ecclesiæ Principi, bea-
to Matthiæ, Judaico, Macedonico, =
Ægyptiaco, Cappadocico, Pio, Felici, Triu
phatori, semper Augusto, Franciscus
Fernandius de Cordoua, Rutensis =
Abbas, sanctitati eius, nomini, que
deuotus humilis cliens
Patrono Optimo libes
D. D. Q.

Si unquam é coeli Regia despicitis terrenahęc (et
despicitis quidem in Deo) coelites, adsis tandem sanc
tissimus Vir, fortunatissimus Apostolus. Animum
q. meum, imo tuum (quid enim non tuum quod
meum?) introspice, suscipe: tantulum q. tanti Viri
scriptis mandare gestientem gesta, temporum iniu
ria ne, an hominum incuria obliterata, tenebricosa,
excita, illustra, illius impetrato lumine, qui Pater
luminum est, qui á montibus mirabiliter illuminat

æternis, qui Solem tuum oriri fecit super bonos, et malos, qui tuam in Apostolatum vocavit sortem, qui tibi tuisq; commilitonibus hodierno die plurimorum iterato annorum curriculo in igneis apparuit linguis, linguas eorum è rudibus paulo ante, ac tantum non in fantilibus differtas admiraculum faciens, ad stuporem: ita faciat et meam, ita mentem regat, et manum, ut dixeris, discussis q; velo, ac ignorantiæ tenebris, digna dete intelligere, digna, o Utinam pro voto, ex parte saltem valeam tribuere, tribuam q; semper tuus, semper idem! ~

INDEX AVTHORVM QVI qui in hoc opere citantur,

A

Abdias.
Abrahamus Ortelius.
Abulensis.
Acron.
Ado.
Adrichomius.
Ælianus.
A Gellius.
Alexander ab Alexandro.
Alphonsus Salmeron.
S. Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Amonius.
S. Anacletus.
Anastasius Bibliothecarius.
Anastasius Nicænus.
Andreas Cretensis.
Angelus de Clauasio
Angelus Caninius.
Anius Viterbiensis.
S. Anselmus.
S. Antoninus.
Aphtonius.
Appollodorus.
Apuleius.
Arator.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnobius.
Arrianus.
S. Athanasius.
Athenæus.
S. Augustinus.
Aurea Armilla.

B

Balsamon.
Baronius.
Beatus Rhenanus.

Beda
Bellarminus.
Berchorius.
Biblia Sacra.
S. Bona Ventura
Bona Ventura Vulcanius.
Brocardis.
Burgensis.

C

Caietanus.
Callimachus.
Callixtus Papa 1us.
Canisius.
Canontherius.
Capacius.
Capitolinus.
Cassanens.
Cassiodorus.
Casaubonus.
Castro.
Catherinus.
Catullus.
Cedrenus.
Cicero.
Cirnelo.
Chronicon Mundi.
Chrysostomus.
Claudianus.
Claudius Minoës.
Clemens Alexandrinus
S. Clemens Romanus.
Codex Theodosianus.
Coelius Rhodiginus.
Coelius Calcagninus.
Collatius Poëta.
Constantinus Porphirogennetes.
S. Cyrillus Alexandrinus.

D

Damascenus.
Delrius.
Diodorus Siculus.
Dion Cassius.
S. Dionysius Areopagita.
Dionysius Halicarnassæus.
Dionysius Uticensis.
Dorotheus.

E

Emmanuel Imperator.
Emmanuel Rodriguez.
Emmanuel Sá.

Ennius Poëta.
S. Epiphanius.
Epiphanius Presbiter.
Erasmus.
S. Evodius.
Euschius Cesariensis.
Eustathius.
Euthymius.

F

Fabianus Alexandrinus.
Fasciculus Temporum.
Ferdinandus Salacar.
Festus Pompeius.
Feus.
Flavius Dexter.
Flavius Iosephus.
Franciscus de Ieny, y Xodar.
Fulvius Ursinus.

G

Gabriel Biel.
Galatinus.
Gaspar Sandius.
Gaultherius.
Gelasius Papa.
Genebrardus.
Glossa interlinearis.
Glossarium.
Glycas.
Goltzius.
Gordonius.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Turonensis.
Guilielmus Durantus.

H

Hartmanus Schedel.
Hegesippus.
Herebachius.
Herodianus.
Herodotus.
Hesiodus.
Hesychius.
S. Hieronymus.
S. Hilarius.
Hilduinus.
Hippolitus.
Homerus.
Horatius Flaccus.

I

Iacobus à Graffijs.
Iacobus de Voragine.
Iamblicus.
Iansenius.
S. Ignatius.
S. Ilephonsus.
Innocentius Papa.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Molanus.
Ioannes Parcagnota.
Iosephus Scaliger
S. Irenæus.
Isacius
S. Isidorus Hispalens.
Isidorus Peluciota.
Iulius Paulus. I. C.
Iustinianus Imperator.
Iustinus Historicus.
S. Iustinus Martyr.
Iuvenalis Archiep. Ierosol.
Iuvenalis Poëta.

L

Laconicus Chalcondilas.
Lactantius Firmianus.
Lactantius Placidus.
Laërtius.
Lambertus Hortensius.
Lambinus.
Lampridius.
Langius.
Leges Vuisigothorum.
S. Leo Magnus
Leo Quartus.
Lessius.
Levinus Torrentius.
Liber de Natura rerum.
Liber de Romanis Pontific.
Liber de Transitu Virginis.
Libri Decretalium.
Lilius Gregorius Giraldus.
Livius.
Lucanus.
Lucianus.
Lucretius.
Ludovicus Lopez.
Lyra.

M.

Macrobius
Manilius Poëta
Mariana.
S. Martialis.
Martialis Poëta.
Martianus Capella.
Martyrologium Germanic.
Martyrolog. Rom. Novū.
Martyrolog. Rom. Vetus.
Martilius Ficinus.
Matthæus Galenus.
S. Maximus Episcop. Taurin.
S. Maximus Martyr.
Maximus Tyrius.
Menologium Græcorum.
Metaphrastes.
S. Methodius.
Michael Aitzingerus.
Michael Syngelus.
Muretus.

N

Natalis Comes
Nauclerus.
S. Nazianzenus.
Nebrissensis.
Nicander.
Nicolaus Serarius.
Nicephorus Callistus.
Nicephorus Gregoras.
Notitia Imperij utriusq;

O

Œcumenius.
Oleaster.
Olympius Nemesianus Poëta.
Origenes.
Orosius.
Ovidius Naso.

P

Pacuvius.
Pamelius.
Panzirolus.
Papinianus. I. C.
Patricius.
Pausanias
Pedraza.

Pererius.
Perionius.
Petronius Arbiter.
Petrus Comestor.
Petrus Gregorius.
Petrus de Natalibus.
Philippus Bergomas.
Philo Iudæus.
Philostratus.
Photius.
Picus Mirandulanus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pomponius Mela.
Procopius.
Propertius Pöeta.
S. Prosper.
Pulex Pöeta.

Q

Quintilianus.
Quintus Curtius.

R

Reginaldus.
Ribera.
Rosella.
Ruffinus
Rutilius Numatianus.

S

Sabellicus.
Sallustius.
Sayrus.
Scævola. I.C.
Sebastianus Barradas
Sedulius.
Seneca Philosophus.
Seneca Tragicus Pöeta.
Septuaginta interpretũ Versio.
Servius.
Severus Sulpicius.
Sextus Empiricus
Sigonius.
Silius Italicus Pöeta.
Socrates Historicus.
Solinus.
Sophocles Pöeta.
Sophronius.

Sozomenus.
Spartianus.
Statius Poëta.
Stephanus.
Strabo.
Struvius.
Sulpitius Poëta.
Synodus Nicena.
Synod. Rom. sub Zacharia.
Synodus Trullana.

T

Tacitus.
Tatianus.
Terentianus Maurus.
Terentius.
Tertullianus.
Theocritus Poëta.
Theodoretus.
Theophilactus.
S. Thomas.
Thucidides.
Tibullus.
Tiraquellus.
Toletus.
Torniellus.
Trebellius Pollio.
Trebetica historia.
Trogus Pompeius.
Turnebus.

V

Valerius Flaccus Poëta.
Valerius Maximus.
Varro.
Vega.
Vincentius Bellovacens.
Virgilius.
Ulpianus. I. C.
Urbinas.
Vuiardus.
Vuolphangus Lazius.

X

Xenophon.

Z

Zacutus.
S. Zephirinus.
Zonaras.

I. D.

AVTHORES QVI
de sancto Mathia, quoquo modo scripserunt

Abulensis.
Ado.
Adrichomius.
Alphonsus Palmeron.
Angelus Caninius.
S. Antoninus.
Arator.
S. Augustinus.
Baronius.
Beda
Biblia Lauræ.
S. Bonaventura.
Caietanus.
Catharinus.
S. Chrysostomus.
Clemens Alexandrinus.
S. Clemens Romanus.
Dorotheus.
Emmanuel Imperator.
S. Epiphanius.
Eusebius Cæsariensis.
Fasciculus Temporum.
Ferdinandus Salazar.
Feuy.
Flavius Dexter.
Gabriel Biel.
Galatinus
Gaspar Sanctius.
Gaulterius.
Gelasius Papa.
Genebrardus
Glossa interlinearis.
Gordonius.
Guilielmus Durantus.
Hartmanus Schedel.
S. Hippolitus. M.
Iacobus de Voragine
Ioannes Lovinus.
Ioannes Molanus
Ioannes Tarvagnota.

. S. Isidorus Hispal. Quarundam eccles. Breviaria.
Langius. Reginaldus.
Lectius. Ribera.
Lyra. Ruffinus.
Martyrologiū Germanic. Sayrus.
Martyrolog. Rom. Novū. Sebastianus Barradas.
Martyrolog. Rom. Vetus. Socrates.
Menologium Grecorum. Sophronius.
Metaphrastes. Stukius.
Mirabilia Romę. Theophilactus.
Nicolaus Serarius. .S. Thomas.
Nicephorus Callistus. Trevirica historia.
Perionius. Vincentius Bellovacens.
Petrus Comestor. Urbinas.
Petrus de Natalibus. Usuardus.
Philippus Bergomas. Vuolphangus Lazius.

F. L. D.

PRÆFATIO AD lectorem.

Ecce tibi (lector benivole) quæ iampridem in Vobis aderat, degestis B. Matthiæ, brevis enarratio (utinam, et dilucida nos habe vet numeros.) Sed malo nostro fato interci derunt magna ex parte Apostolicorum monumenta certaminum, quæ licet aureo exarata charactere in libro Vitæ felicissimis, qui Deo adstant, cælestis Hierusalem civibus legenda pateant, nobis tamen dolemus ignota: cum in sanctorum vitis (teste Chrysostomo*) omnibus imitanda proponantur exempla virtutis. Circumferuntur quidem Apostolorum acta nomine Abdiæ Babylonis Episcopi ipsorum discipuli, sed quæ neq. agiographa sint, sed supposita, ut bene sentiunt illustrissimi Cardinales Ba

* Sum. 1. de Martyribus.

*Bar. Ann. i.
*Bellarm. de Script. Eccles.

ronius*, et Bellarminus* alij q. multi Scriptores: neq. meminerint Matthiæ, quantumvis idem Baronius aliud agens in Notis ad Romanum Martyrologium, Trevericam historiam, de qua mox, Pseudo Abdiæ isti tribuat, sic enim in Festo S. Matthiæ. // Acta etiam Matthiæ, quæ scripta feruntur ab Abdia, ut Spuria reiiciuntur. // At á quo autore? á nullo certe, nisi forte á Typographo, qui libellos coniunxit, ut visuntur hodie. Legebantur olim eiusdem materiæ, nec non et fama libri, quidam nimirum de Doctrina Apostolorum, quem damnat Athanasius in Synopsi, et suspectum dicit Eusebius Cæsariensis Ecclesiasticæ historiæ libro 3. cap. 25. alius, qui Sors Apostolorum; alius denique qui Canon Apostolorum dicebatur, cuius meminit Baronius*. Utrum q. damnat Gelasius Papa in cap. Sancta Romana Eccle

* Annal. i.

via .1ª. distinctᵉ. hunc implicite, quia sine autoris nomine: illum explicite. extat hodie anonymus libellus „ Trevirica historia „ vulgo dictus, á Vuolphango Lazio, sive a Perionio evulgatus, et á monacho nescio quo Trevirensi, ex sacra in nostram (ut dicitur) conversus linguam, cui titulus „ Vita Sancti Matthiæ Apostoli „ sed quem non longe melioris notæ cordatus quisq. iudicabit. Primo enim suspectus, quia sine autoris nomine ex Gelasij Papæ doctrina. Secundo quia, á nullo probato autore inveniturq. approbatus, licet relatus a pluribus: sed qualiter ab aliquibus? Ioannem Molanum audi, qui in annotationibus ad Vsuardi Martyrologiũ in .S. Matthiæ Festo pro colophone addit. „ Trevericam historiam cum Pseudo Abdia edidit Lazius. „ Idem ferme iudicium de Perionio audies á Nicolao Serario. Tertio quia

forsan de illo intelligendus Innocentius Papa ad Exuperium scribens, ac de hisce commentitijs Apostolorum actibus agens, damnait.// Caetera, quae sub nomine Matthiae, sive Iacobi minoris, uel sub nomine Petri, et Ioannis, quae á quodam Leucio scripta sunt, Vel sub nomine Andreę, quae a Hexocaride, et Leonide Philosophis, et sub nomine Thomę, et si quae sunt alia non solum repudianda, Verum etiam noVeris esse damnanda.// quod etiam habet in hist. eccles. Caesariens. Eusebius*. Quarto quia in ijs Sancti Matthiae gestis dicitur Sanctus ipse passus anno post passionem Dominicam tricesimo tertio plusminus, Anano Iuniore Pontifice in ipsis Hierosolymis: At certe, ut ex Iosepho constat lº. Antiquitat. .20. cap. 8, anno á Christo nato sexagesimo tertio Neroniani Videlicet Imperij .7º. Coss. .C. Caesonio Paeto, et Petronio Turpilliano,

* hist. Eccl. lº. 2º. cap. 25º.-

desiit esse Pontifex Ananus, Anani, siue Anæ, qui Dominicæ passionis autor fuit, quintus filius, ab Agrippa Rege, ob indignè Iacobo iusto illatam necem, Pontificatum cedere iussus Iesu Damnæi filio: non ergo tunc temporis, ut tenent acta hæc, Pontifex Ananus, anno, in quam, a Christo nato sexagesimo sexto, qui ab eodem passo trigesimus tertius. Annus certè non cohæret; de loco dicetur deinceps. Quinto quia libellus hic plane videtur confarcinatus exaliorum scriptis: ex actibus nimirum Apostolicis S. Lucæ, quod attinet ad electionem Matthiæ, totidem namq; verbis illam refert. // Surgens Petrus in medio fratrum dixit: (erat autem turba hominum fere centum viginti:) fratres oportet impleri scripturam, quam præ dixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux. etta // usq; ad illud. // et cecidit sors super Mat

thiam, et annumeratus est cum undecim Apostolis. // Ex Iosepho autem Martyrij Beati Matthiæ auspicatur initium, pauca ex propriis addens, ita enim incertus autor. // Anno igitur post passionem Domini Tricesimo tertio plus minus, Ananus iuniore, qui et Akabus, pontificatum adepto, credens se opportunum tempus invenisse idem Pontifex aduersus discipulos Domini, Festo præsside mortuo, Albino adhuc initinere constituto, consilium iudicum fecit, et quosdam deducens ad se, inter quos et fratrem Iesu Iacobum, tradidit puniendos. // Ita Vero Flavius Iosephus Antiquitatum Lo. 20. cap. 8. // Talis igitur cum esset (Ananus scilicet Pontifex) audax, æqvus, ingenio ferox, et secta Saduccæus: tempus opportunum sanctum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, concilium iudicum advocat: sta

tium q. coram eo fratrem Jesu Christi Iacobum nomine, et una quosdam alios veros impietatis peractos, lapidandos tradidit. // At bone Jesu, quæ tanta impostoris vecordia, insitia ve (quisquis ille fuit, qui nobis libellum hunc spurium pro legitimo venditabit, sive idem Lazius fuerit, sive Perionius, seu alius quispiam) ut nobis persuassum voluerit in libro damnatorum a Iudeis pro Christiana religione, in quo (sitamen unquam extitit in rerum natura) causam Iudei suam longe meliorem, nostram vero deteriorem facere, conari debuerant, sacræ nostræ paginæ fragmenta, Beatissimorum Evangelistæ Lucæ Romæ conscripta, nec non et Flavij Iosephi Romæ itidem, et Græco elaborata sermone in suum illos curasse transferri librum, sermonem q.[?] ni forte alicuius é recentioribus Rabbinis,

Vel tota ipsa Groecia mendacioribus fuerit la
bor iste. Sed quorsum? perdit profecto nos
tram auctoris credulitas nimia. Sexto de
mum, quia licet Vera, et genuina exstiterint
aliquando Apostolorum acta quædam, (San
cti Lucæ semper excipio,) ea postea hæretici
deprabarunt, ut testatur. S. Leo Serm. 4°.
de Epiphania. // Apostolicas paginas, quędā
auferendo, quædam inferendo, Violaverūt
Manichęi, ipsi confingentes sibi sub Apostolo
rum nominibus, et sub Verbis Salvatoris
ipsius multa Volumina falsitatis. // Sed
melius, et apertius idem S. Leo ad S. Iuribi
um Asturicensem Episcopum scribens de
apocriphis per Hispaniam Sparsis. // Apo
criphæ autem Scripturę, quæ sub nomini
bus Apostolorum multarum habent semi
narium falsitatum, non solum interdicen
dę, sed etiam penitus auferendę sunt, atq.

ignibus concremandę, quanvis sint in illis quædam, quę videantur habere speciem pietatis; nunquam tamen vacua sunt venenis, et per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos laqueis cuiuscunq; erroris involvant.// hęc ille. ex cuius verbis plane redditur suspecta anonyma hęc S. Matthię vita, ut quæ, licet opinationis careat veneno, possit tamen irrisionis prębere ansam ijs, qui foris sunt, (ut cum Apostolo ad Timotheū loquar) hoc est extra ecclesiam: cum novū non sit, imo apud antiquos veteratores, apud Novatores hodiernos usitatissimum, sycophantas inveniri quosdam, qui libellos suos, imo suas nugas, et mera somnia speciosis tam materię, quam auctorum titulis ornent, quô facilius incautos, et minus providos decipiant, deceptos vel irrideant,

Vel de crimine falsi provocent in iudicium. Ideo q. necessum est, ut a nobis neq. admittatur, neq. proferatur, nisi (utar ipsius Doctoris gentium doctrina ex epistola ad Titum) Verbum sanum, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Cum itaq. adeo exigua, adeo infirma sit huius libelli gestorum. S. Matthiæ auctoritas, illa valere iussa, nisi iniis duntaxat, in quibus exigente materia, deficient meliorum Scriptorum cõfugia, tunc enim quis iure mirari possit, si in densa temporum caligine cæcutientes nos hunc, vel illum sequamur ducem? Inter reliquis indubitatæ aliorum bonæ notæ auctorum, quorum catalogus seorsim dabitur, implorabimus fidem: At quam pauci, bone Deus, et quam parcè hi de Beato Apostolo Mat

thia? cogemur dicere, imo facere, quod il lustrissimus Cardinalis Baronius de si mili scripsit tractatione Annalium. 1.° // Sed de Divisione (inquit) et professione Apostolorum ad prædicandum Evangeliũ gentibus, hactenus vel quidem est perdiffi cilis investigatu, ac potius mea sententia, brevitate tractanda, quam fabulis, atq.' commentis exaggeranda. // Optime opti mus ille. Curabimus brevitatem vel no lentes; at veritatem volentes pro Viribus. Agemus itaq.' ut ut potuerimus, de Patria, nomine Apostoli, de electione, Prædicatione, obitu, et sepultura. Secundet Vota Deus, qui gloriatur in Sanctis suis. ~.

DE VITA ET GESTIS BEATI MATTHIÆ apostoli,

LIBER PRIMUS.

Apostolum Dei, ac Domini nostri Iesu Christi Matthiam de Tribu Iuda ex illustri prosapia natum in civitate Bethleem, affirmat anonymus autor gestorum Apostoli, qui sub nomine Treverica historiæ circumfertur, et citabitur deinceps à nobis, qualem qualem ille mereatur fidem, deficiente certiori. Citat, et sequitur Iacobus de Voragine in vita Apostoli, alijq. nonnulli, qui ex Treverica desumpsere; contrarium docet nemo. Sed sidemus coetera, Bethleemitem

Apostoli patria

nimirum fuisse, et claris ortum maioribus, illud certe iure reuocabitur in dubium, an contribulis, et concivis D. N. Iesu christi fuerit, nec ne: Cum dubitandi prębeat ansam patriæ nomen, quippe quod non unicæ tantum conveniat civitati: duas enim ita vocitatas in Iudęa certò scimus:

Duplex Bethleem.

alteram in Galilęa inferiori (Duplex nanq. etiam Galilęa Iosepho l°. 3°. de Bello Iudaico cap. 2°. Hegesippo de Excidio urbis Hierosolymitanę l°. 3°. cap. 6°. Inferior, quę contermina Iudeę circa Tyberiadem, et Stagnum Genezareth; et superior, quę Phoenicibus, unde et Galilęa Gentium appellata Isayę. 9°. Matthęi. 4°. consule Hieronymum de locis Hebraicis, Nazianzenum in Iulianum Orat. 1ª. Cyrillum Alexandrinū in eundem Iulianū. 2ª. Isidorum, qui sic

Galilęa Duplex superior et inferior.

Galilęa curita dicta.

l°. Originum. 14. cap. 3°. // Galilęa regio Pa

lęstinę Vocata quod gignat candidiores ho
mines, quam Palęstina. Hæc autem Duplex est
Superior, et inferior, sibi tamen connexę, Syrię
et Phœnicię adherentes. Terra eorum opima
et ferax, et fructibus satis fœcunda ff.) et hanc
Bethlehem Galileę (cuius meminit Hierony Bethleem Galileę
mus l°. 1°. Commentar. in Caput. 2m. Matthęi)
in Tribu Zabulon sitam ex Iosue. 19. habemus,
quam dicunt quidam patriam fuisse Abesan
Iudicis Israël post Iepte contradicente Iose
pho, qui natum dicit in altera Iudę scilicet.
Quid tenendum, Scriptura Sacra non docet,
ex Bethlehem ait, fuisse Abesan, et in Beth
lehem sepultum, non in qua, nec ex qua. Al
teram Vero Bethlehem in Iudęa proprie dic Bethleem Iudę
ta, nemo ignorat. (Proprie autem dictam
Iudęam Voco Provinciam illam, quæ ex
Tribuum Iuda, et Benjamin civitatibus
oppidisq. constabat, cuiusq. terminos, pro
ut dividebatur ab utraq. Galilęa, et Sa

maria Iosephus eleganter describit,* quę etiam Domus Iuda, et regni Iuda nomen accepit post Salomonis mortem, deficientibus ab eius filio Roboan ad Ieroboam Ephratęum decem alijs tribubus, ut Videre est Regum 3. cap. 12. et alibi.) Cæterum Iudeę nomine late sumpto, Galilęam comprehendi ut partem; stricte Vero excludi, autor Plinius, l°. 5°. cap. 14. Cui Epigraphe Iudęa, Galilęa. // Supra Idumęam (inquit) et Samariam Iudęa longe, lateq. funditur. Pars eius Syriæ iuncta Galilęa Vocatur: Arabię Vero et Ęgypto proxima Peręa asperis dispersa mõtibus, et a cœteris Iudęis Iordane amne discreta. Reliqua Iudęa diViditur in Toparchias decem. etta // Ennumerat eas ibi, ennumerat et Iosephus.* Quod sexcentis nouitestamẽti locis probatur, inquibus Evangelistę sacri Vel late sumentes Iudeę, et Iudęorum nomen, non distinguunt, ut Lucę. 7. cum ennarratur

miraculum

* De bello Iudaico. l°. 3. cap. 2°.

Iudeę nomen late sumptum Galilęã comprehendit, stricte excludit.

* ubi Supra.

miraculum resurrectionis filij Vidue in Na
in, que civitas in tribu Issachar. // Et exiit
hic sermo in universam Iudeam de eo, et in
omnem circa regionem. // Ioannis. 4°. // Quo
modo tu Iudeus cum sis, bibere a me poscis,
que sum mulier Samaritana? non enim co
utuntur Iudei Samaritanis. // Vel Stricte
sumentes distinguunt: eiusdem Ioannis. 4°.
et. 7°. Matthei. 4°. et. 19°. Marci. 3°. Luce.
5°. 3°. et quod quæstionem nostram propius
attingit. 2°. // Ascendit autem et Ioseph a
Galilea de ciuitate Nazareth in Iudeam
in ciuitatem David, que Vocatur Bethle
em, eo quod esset de Domo, et familia Da
vid, ut profiteretur cum Maria despõsata
sibi uxore pregnante. // Ecce tibi Vel unam
et eandem cum Galilea Iudeam, Vel a Ga
lilea diuersam, large nimirum, Vel Stricte
sumpto Vocabulo: ac Dupliciem etiam Bethle

em in Galilea inquam, et in Iudea proprie dicta, inqua Dominus noster natus, ita Vatrinante Michea ita CVangelistis attestantibus: quę quidem ad distinctionem alterius, Bethleem Iuda dicta, et „ Ephrata „ prius. Genesis. 35. // Mortua est ergo Rachel, et sepulta est in Via, quę ducit Ephratam, hęc est Bethlehem. // et. 48. // Mihi enim quando Veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratq; Veneris tempus: et ingrediebar Ephratam, et sepelivi eam iuxta Viam Ephratę, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. // Quibus in locis animadvertendum non vedte Abrahamum Ortelium, diligentem alioqui Virum, aut itasse aut intellexisse Versionem Septuaginta interpretum, sic enim ille in suo Thesauro Geographico. // Bethlehem in Tribu Iuda, urbs; quę quoq; Ephrata dicta fuit. Testis Eusebius in Prępparatione CVangelica ex cap. Geneseos

Bethleem Ephrata.

Abrahami Ortelij duplex error.

35°. et. 48°. ubi loco Ephratę Hippodromon
legunt. 70ª. interpretes. // mitto enim quod
Cęsariensis Eusebius non in libris de Prę para
tione, sed de Demonstratione Evangelica a
git de Bethleem, ut mox dicetur; certe septua
ginta, non eo legunt modo, quo ille scribit,
in cap. nam gł. 35. ita illi // Mortua est autem
Rachel, et sepulta est in Via Hippodromi Ephra
ta: hæc est Bethleem. // et. 48°. // Ego autem
quando Veni de Mesopotamia Syriæ, mortua
est Rachel mater mea in terra Chanaan, ap
propinquante me ad hyppodromum Cabra
tha terræ ad Veniendum in Ephrata, et depo
dicam in Via hyppodromi: hæc est Bethleem. //
scilicet Ephrata, quam paulo ante nomina
verat, vel hæc est, subaudi, Via, Bethleem;
quis enim ignorat Hippodromum masculi Hippodromos quid.
ni generis nomen, non alicuius oppidi pro
prium, sed appellativum loci publici ad
cursus equorum dispositi á Græca emendi

catum lingua? Martialis. l.º 12. Epigr. 50.

Pulvereumq; fugax hippodromon ungula pla
udit.

Sed et ita intellexisse Cęsariensem Eusebi
um locum hunc Versionis Septuaginta,
(quam sequuti ex antiquis Patribus plurimi)
satis constat ex ipsius Demonstratione 5.ª l.º 7.º
cap. 2.º de Demōstratione Evangelica. //
Ecce audivimus eam in Ephrata. Ephrata
vero eadem est et Bethleem, sicut in Genesi
constat, ubi de Rachele dictum est. Et sepe
lierunt eam in Hippodromo Ephrata, hæc
est Bethleem. // Quod etiam cōfirmat ille
autoritate Micheę cap. 5.º // Et tu Bethlehē
Ephrata // sive ut Septuaginta legunt. // Et
tu Bethleem domus Ephrata. // Sic autem
Vocatam ab Ephrata uxore Chaleb, dicunt
quidam, teste Adrichomio in Theatro Terrę
Sanctę, nam id videtur innuere Hieronymus
in Quęstionibus Hebraicis. // Idcirco Vo

Bethleem cur Ephrata dicta.

catur Chaleb Ephrata, quia Chaleb fuit
Vir Ephrate /// Et paulo inferius /// Ephrata
quia de Ephraim fuit, ubi cum nomine Beth
lehem Ephrata Vocatur. // Sed credo (nescio
an Et Verius) dictam fuisse Bethleem E
phrata ab ubertate, et fertilitate: Ephrata
enim idem quod „ Ubertas „ frugifera „ Vel
crescens, ut docent Hebraice periti, quod op
time convenit Civitati Bethleem, si Vel lite
ram, Vel spiritum consideres. Bethleem
namq; Iudicum* et Regum* patria a Ro
boam Rege muris cincta*, sita in monte me
diocriter alto, situ ipso arcto, et oblongo (Ver
bis Christiani Adrichomij in Theatro Terre
Sanctæ descriptam) Ingressus est ab Occidente
in declivi loco. Ipsa Vero in plaga meridi
ana sex milliarijs ab Hierosolyma dis
tans, quemadmodum testantur Se Verus Sul
picius, et alij vetustiores. Terra subiecta re

* ex Iosepho l°. Antiq. 5. cap. 12.
* Reg. 1°. cap. 16.
* Paralip. 2°. cap. 11.

Bethleem Iudæ Descriptio.

rum omnium copia multum præstat, Vini
potissimum optimi. Iter Vero quod Ieru
salymam euntibus Bethleem est, usq; adeo
sui amœnitate, arboribus, hortis, odoratis
herbis transeuntes delectat, ut quandam
paradisi faciem præseferat. Quoad Spiri
tum Vero quid uberius? quid magis fertile?
imo quid adeo? protulit agnum Dei: pro
tulit Dominum nostrum Iesū Christum,
cuius caro panis Vitæ, panis angelorum;
cuius sanguis Vinum incomparabile Vin
demiæ de fecatæ. Celebrata ergo „ubertas„
antonomastice. Bethleem „Domus panis„
aut „Domus belli„ nihil aliud significat,
à nominibus „Beth„ idest „Domus (un de
apud Hebræos tot a Beth inipientia loco
rum nomina) et „Lehem„ vel „Leem„ idest
„panis„ aut „belli„ quasi „Domus belli„ vel
„Domus panis„. Unde Cæsariensis Eusebius

Bethleem nominis interpretatio.

ubi supra. // Est autem Bethleem ex interpretatione Domus panis: quæ sic quidem eiusdem est nominis cum eo, qui de ipsa profectus est, Salvatore nostro: qui cum sit Dei Verbum, et ratio, animalium rationali cum est alimentum, quam rem ipse quoq. demonstrat, ubi ait: Ego sum panis, qui de cœlo descendi. // S. Hieronymus in Epitaphio Paulæ matris ad Eustochium. // Salve Bethleem Domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cœlo descendit. Salve Ephrata regio uberrima, atq. „ Μακροφόρος „ cuius fœcunditas Deus est. // S. Gregorius Homilia 8ª in Evangelia. // Qui bene etiam in Bethleem nascitur. Bethleem quippe Domus panis interpretatur. Ipse namq. ait. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. // Optime Isidorus noster 1º. Originum. 15º. cap. 1º. // Bethleem Iuda Civitas David, quæ mundi genuit salvatorem à Iebusæis condita fertur, et

Vocata primum Effrata. Quando autem Iacob ibi pecora sua pavit, eidem loco Bethleem nomen quodam Vaticinio futuro impo fuit, quod Domus panis interpretatur, propter eum panem, qui ibi de cœlo descendit. // Domum Vero belli, dicerem ego, alteri Bethleem convenire potius, ut quæ Syriæ Vicina interminis Galilæorum pugnacissimæ gentis Iosepho ἐστὶ l°. 3. de bello Iudaic. cap. 2°. // Galilæorum mores. Sunt (inquit) pugnaces ab infantia Galilæi, et omni tempore plurimi: neq; aut formido unquam Viros, aut penuria regiones illas occupavit, quoniam totæ optimæ, et fertiles sunt. // Hegesippus de excidio urbis Hierosolymitanæ l°. 3. cap. 6°. // Circumfusis quoq; nationibus alienigenis utraq; Galilæa circundatur, et ideo genus hominum bellicosum, à prima ætate exercitum peculiaribus tentoriis, abundans numero, audacia promptum, atq; ad omnes belli artes paratum. //

Nimauis, domum etiam belli dictam mys
tice Bethleem Iudę, quia in ipsa nasciturus
erat ille, qui non Venit pacem mittere,
sed gladium, quo iugularetur mors, debel
larentur potestates aëreę, rumperentur viu
cula colli captivę filię Sion: quiq. de rese
ratis inferis opima ferret Victor, ac cœlo
inferret spolia. Ex diuersitate igitur relata
duarum Urbium Bethleem, emergit dubitā
di ratio, ex qua nimirum originem duxerit
B. Apostolus Matthias. Et Videtur quidem
ex Bethleem Iudę: nam (prętер quam quod
asserit hoc Treverica historia, quam in hac
parte sequuntur omnes, ut diximus, explodit
nemo) colligi certe posse Videtur ex eo, quod cū
ad Apostolatus sortem electus fuerit ab unde
cim Ioseph Iustus frater Iacobi, et Simonis A
postolorum, Videtur etiam aliquem contribu
lem Domini eligendum fuisse, ut cognatio

ni Christi, et non ipsorum statuentium tributus ille censeretur honos. Deinde quia, si Bethleemites S. Matthias, certe ex Bethleē Iuda, aliam enim ad prędicationis Domini cę tempora non perdurasse, argumento erit, nullam illius in Sacra pagina, tam Veteris, quam novi instrumenti (excepto Iosue libro) reperiri mentionem. Neq; quominus ex Bethleem Iuda fuisse credamus, Vim facit, quod ex plurium sententia omnes Iesu Christi discipuli Galilęi habiti sint, cum ipsemet Servator Noster, qui ex Tribu Iuda, ex progenie David, in Bethleem Iuda natus est, Galilęus creditus, et dictus fuerit ex eo, quod mater eius, ac nutricius Ioseph matris sponsus Nazareth Galileę civitatem incoluerint, Unde Christiani Nazaręi dicti primum, ac Galilęi Iudęis, nec non religionis nostrę hostibus Iuliano Apostatę, et Porphirio. Contrarium tamen

Beatum Scilicet Matthiam ex Bethleem Ga
lileq oriundum probari potest exeo, quia
si omnes Apostoli Galilei erant, ergo et Mat
thias: Apostolos vero fuisse Galileos constat
ex Evangelistarum doctrina agnitum fuisse
Petrum affirmantium, ut discipulū Iesu
ex sermone Galilei peculiari, et a cæteris
Iudeis vel dialecto, vel prolatione Verborū,
vel sono Vocis distincto. Matthei. 26. // Vere
et tu ex illis es, nam et loquela tua manifestū
te facit. // Marci. 14. // Vere ex illis es, nam et
Galileus es. // Lucæ. 22°. // Vere et hic cū illo
erat, nam et Galileus est. // Quin et ab Angelis
ita Vocator cū Ascensionis Dominicæ testes
extiterē, ex Act. 1°. habemus. // Viri Galilei
quid statis aspicientes in cœlum? // Sed tūc
temporis Apostolus nonerat Matthias. At
in die Pentecostes quando ad Venientē Spi
ritū Sancto inter alia diuinæ largitatis mu
nera linguarum omnium donum receperūt

Apostoli omnes Ga
lilei.

Apostoli, Iudæos inhabitantes Hierusalem
ex omni natione mente confusos esse docet
idem S. Lucas Act. cap. 2°. // Quoniam audi
ebat (inquit) unus quisq. lingua sua illos
loquentes. Stupebant autem omnes, et mi
rabantur dicentes: nonne, ecce, omnes isti,
qui loquuntur, Galilæi sunt, et quomodo nos
audivimus unus quisq. linguam nostram,
in qua nati sumus? Parthi, et Medi etc.
Iudæi quoq. et Proselyti, Cretes, et Arabes
audivimus eos loquentes nostris linguis mag
nalia Dei. // et iam tunc in locum Iudæ
proditoris subrogatus fuerat Matthias, e
ratq. ibi cum reliquis Apostolis: ergo et Ga
lilæus censebatur ut illi, qui re vera in Galilæa
nati ex Tribubus Zabulon, et Nephtali, licet
oriundi aliqui ex tribu Iuda Iacobus nimi
rum, et Ioannes Zebedæi filij, et qui fratres
Domini vocabantur Iacobus Alphæi, Simon
et Iudas. ita sentiunt Arnobius, Hilarius,

Qui Apostoli ex Tri
bu Iuda.

Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Euthymius exponentes illud Psalmi. 67.// Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum. Principes Zabulon, et Principes Nephtali.// et ex recentioribus Genebrardus, et Bellarminus in Psalmos. Alphonsus Salmeron in Acta Apostolor. tract. 12°. Ioannes Lorinus in commētar. in eadem Acta cap. 1°. Versiculo. 11. Baronius Annal. 1°. Anno. Domini. 32. qui Prędicta Psalmi. 67. Verba ad literam de Apostolis interpretātur, ita videlicet ut per Principes Iuda intelligantur ex Tribu Iuda oriundi; per Principes Zabulon, et Nephtali reliqui Apostoli, et origine, et natiuitate Galilęi; per Beniamin adolescentulum. S. Apostolus Paulus, qui apud Pharsum Ciliciq ex Tribu Beniamin natus est referente ipso ad Philippenses. 3°. non in Giscali oppido Tribus Beniamin, ut vult. S. Hieronymus ex aliorum procul dubio

S. Paulus ex Tribu Beniamin.

sententia in Catalogo Scriptorum Ecclesiasti
corum, quandoquidem in Commentarijs in
Epistolam ad Philemonem fabulam dicit, et
merito, cum ipsemet Paulus dicat apud S.
Lucam Act. 21. // Ego homo sum quidem
Iudeus a Tharso Cilicię. // et Clarius. 22° //
Ego sum Vir Iudeus natus in Tharso Cilicię. //
Quod etiam cõfirmat, declarat q. S. Epipha
nius in Panario hæresi. 30. et alij recentiores.

Iudas proditor ex qua tribu.

Iudas Vero proditor Iscariothes cognomine
(ut hoc etiam obiter dicamus) ex Tribu Iuda
fuit ex Ciuitate Carioth, cuius mentio Iosuę
.15°. Ieremiæ. 48. Amos. 2°. dictus ita à Voce
„Is„ quæ Virum significat, et „Carioth„ qua
si „Vir Carioth„ usitatissimo Scripturæ sacræ,
noui præsertim testamenti Græcismo, ut ait,
et bene meo iudicio Ioannes Lorinus, ita sen
tiunt S. Chrisostomus homil. 7. de Iuda,
Angelus Caninius de locis Hebraicis noui
testamenti, Baronius Annal. 1. Nicolaus

Serarius Opusculor. Tom. i. Tractatu de
S. Paulo, et Iuda proditore, licet B. Hiero
nymus in Ioan. 28m. et in Matthæi. 10m. exis
timet Iscariotem dictum à loco, in quo natus
est, nimirum ab Iscarioth Vico Tribus Ephra
im; Vel, ut ipsemet Hieronymus eodem loco
in Matthæum ait // ex Tribu Issachar voca
bulum sumpsit, ut quodam Vaticinio in con
demnationem sui natus sit, Issachar enim inter
pretatur merces, ut significetur pretium prodito
ris. // Sed tunc legendum esset Issacarioth,
quod interpretatur, est merces, ita namq; idem
Doctor de nominibus Hebraicis, cuius opinio,
quia minus sibi constat autor, minus arridet:
sicut et illa cuiusdam apocryphæ de Iudaïs
toriæ, quam citat Iacobus de Voragine in
Vita S. Matthiæ, fuisse nimirum de Tribu
Dan. et prædictæ quidem rationes patriam
extitisse B. Matthiæ Bethleem Galilææ vi
dentur astruere: Quibus perpensis, nec non

et prioris opinationis, longe magis mihi probatur posterior hęc, ut quę validioribus nititur; affirmare q. ausim Beatum Apostolum Matthiam (si Bethleemites fuit) in Bethleem Galileę natum; et proculdubio Galilęum sive Bethleemitem, sive non: urget enim locus ille Apostolicorum Actuum. // Nonne, ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilęi sunt. // Urget Patrum testimonium: Quod si de Tribu Iuda fuisset, expressissent illi, qui de utroq. Iacobo, de Ioanne, Simone, ac Iuda id affirmantes, reliquos omnes Galileos fuisse, testati sunt. Neq. erat necesse, ut ex cognatione Domini nostri statuerentur duo in sortem mittendi, sic enim Simeon, et multi alij statui debuissent; imo satius fuit exemplo Magistri (quando quidem non plures duobus ad Vitandam confusionem mittendi erant in sortem) eligi unum ex Tribu Iuda, et cognatione Domini, (qualis erat Ioseph Barsabas Iustus, alterum

S. Matthias ex Bethleem Galileę. Vel saltem Galilęus.

Galilęum

Galilæum, ex qua gente maiorem Apostolorũ
partem elegerat Deus, ut intrepidam, audacem, Volubilem, transmigratricem, et termina
tricem, Lege enim tria posteriora significat Vox
„Galilæus„ quibus et quartum adde significa
tionem ex mente Augustini de Consensu
Vangelistarum l°. 3°. in fine, vbi ait. „Galilæa
namq. interpretatur transmigratio, Volve Re
latio„ Galilæus ergo revelationem habens,
aut, revelator, Vel, revelans; quæ quidem
maxime Apostolis quadrant, illi quippe, ut Apostoli nomen quid.
nauiij, Vel, missi, (nihil enim aliud Apostoli
nomine intelligimus) prompti, intrepidi, au
daces; in omnem terram transmigrantes; Volu
biles in omnem locum; Legis q. Veteris termi
natores erant futuri; Veritatis, et fidei Chris
tianæ mysteria a Sapientibus, et prudenti
bus abscondita, ipsis Vero parvulis *Patre * Matthæi cap. 11.
luminum revelata, credentibus revelantes.
Lege Doctorem in Lucam cap. 1°. Lorinum.

C

in Act. cap. 1m. Quod si Galilæus crederitur, et dictus Dominus noster Jesus Christus, etsi tamen et stirpe, et nativitate ex Tribu Iuda esset, quid inde? Iure creditur ita Dominus qui in Nazareth Galilæ conceptus Luc. 1°. cum Sanctissima genitrice, cuius sponso educatus semper est. Matthæi. 2°. // Secessit, et Venit in partes Galilæ, et habitavit in Civitate, quæ Vocatur Nazareth, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetas. Quoniam Nazaræus Vocabitur. // Luc. 4°. // Et Venit Nazareth, ubi erat nutritus. // Quæ ideo patria dicitur sua eod. cap. // Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. // Civitatem q. suam appellat S. idem cap. 9°. // Venit in Civitatem suam. // et sexcentis alijs locis. Quin et Nazarenum de ipsum Dominus nominavit referente Paulo apud Lucam Actuum. 22°. // Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris. //

Nonergo mirum, si Galilæus, à Nazarenus habitus, dictusq; cum et in sensu mystico ut trumq; nomen Domino conveniat. Galilæi enim nominis attributa in ipso eminentiori modo contenta, quis dubitet? Nazarenum porro, sive Nazarum iure dictum Dominum nostrum, quis ibit infitias? Cum // Nazarus // sive // Nazarenus // idem sit quod mundus, sanctus, unctus, consecratus, cæsaries, separatus, virgultum, floridus: ut post Hieronymum, et Augustinum docent Hebraicam callentes linguam; quantumvis Isidorus noster l°. Originum. 7°. hanc videatur constituere differentiam, inter nomen Nazarenus, et Nazarus // ut Nazarenus dictus sit à loco Dominus: Nazarus à merito, idest sanctus, sive Mundus, quia peccatum non fecit. // quod etiam comprobat in Lexico Suidas. // Nazarenus, vel Nazorus à Nazareth

Nazarenus, seu Nazarus quid.

oppido Galileę. Nazaręus Deo gratus, et consecratus monachus. Sciendum est ijs, qui prius dicti sunt Nazarei, et Galilęi, post sub Claudio Cęsare Romano, cum Petrus Apostolus Antiochię Episcopum delegisset Evodium, nomen inditum esse Christianorum. // At revera inter nomina hęc diversitas nulla, expresse ita tradentibus Hebraicę nomenclaturę peritis, ut patet ex loco citato Matthęi cap. 2°. // Habitavit in Civitate, quę vocatur Nazareth ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazaręus vocabitur. // Illud tamen certum, nomen hoc non per. Z. ut apud Graecos, et Latinos, scribi apud Hebręos, sed per suum. Y. Tsade // Cuius proprietatem (inquit Hieronymus super Esaye. 11.m) inter Z. et S. Latinus sermo non exprimit. // Quis vero antonomastice, Mundus, nisi ille, qui ex natura sua propriaq. virtute mundus? // Et cœli non sunt mundi in conspectu eius // Iob. 15°. quo

Christus D. N. Antonomastice mundus. et quę sequuntur.

nomine Sanctos intelligi docet Beatus Gregorius l°. Moralium. 12. cap. 17. sicut et Stellarum „ Electos „ l°. 17. cap. 8. cum Iob. 25. habeatur. // Et stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. // Quis Sanctus, ni si solus Sanctus? ut quotidie Catholica canit Ecclesia, qui se ipsum per os Prophetarum, sed Evangelici præcipue Esayæ toties se Sanctum, ac ter Sanctum dicit, ille enim per se Sanctus, cœteri participatione, et gratia. Quis Unctus? Christus, idem enim est, ille Videlicet, qui à Deo unctus oleo lætitiæ præconsortibus suis, Psalmo 44°. Quis consecratus? // Sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech // Psalmo. 109. // Oblatio, et hostia Deo pro nobis in odorem suavitatis // ad Ephesios. 5. Quis custodiens, aut Custos? qui „ Custos hominum dicitur „ Iob. 7°. Custodiens parvulos, animas nostras, exitum et introitum nostrū, omnes diligentes se, advenas, Civitatem, et cætera, quæ passim Regius Canit Propheta, qui ideo Samaritanum se esse non negavit, ad sen

Christus Sanctus.

Christus unctus.

Christus consecratus.

Christus Custos

sum, non ad Verba respiciens „ Samaritanus „ quippe „ Custos „ Hieronymo in libro de Nominibus Hebraicis, et in Commentarijs in Esayę caput .21m. ubi // Custos quid de Nocte? // de Christo D. N. dictum affirmat Sanctus Ambrosius in Caput .1m. B. Lucę. S. Augustinus in Psalmum .30m. 68m. et .125m. S. Gregorius Homilia .18. in Evangelia. S. Epiphanius in Panario, sive ad Versus hęreses libro .1o. Tomo .1o. hęresi .9a. Separatus. quia „ Pluvia Voluntaria, quam separavit Deus hęreditati suę „ ex mente Arnobij in Psalmum sexagesimum septimum, sive ibi significetur pluvię Voluntarię nomine „ Manna, ut Voluit Sanctus Augustinus ennarratione in prędictum Psalmum sexagesimum septimum. Nam „ Manna „ nomine etiam D. N. Iesum Christum intelligi, docet idem. S. Augustinus in Quęstionibus Veteris et novi testamenti. qe. 20. et contra Faustum Manichęum lo. 12. cap. .29. sive „ Divina gratia „ ut Genebrardus, quãdo

Christus separatus.

quidem analogice, gratia, Dominus Noster, quem
plenum gratiæ, et Veritatis dixit Ioan. cap. 1.
Virgultum, ita enim Christum appellat Esayas Christus Virgultum.
cap. 11. // et egredietur Virga de radice Iesse. // Li
cet S. Hieronymus pro Virga. Beatam, et Im
maculatam Virginem D. N. ibi intelligat, quod
tamen in Commentar. in caput eius de Prophetæ
.53. de ipsomet Iesu Christo interpretatur, de quo
ibidem ait Evangelicus Vates. // et ascendet si
cut Virgultum coram eo, et sicut radix de terra
sitiente // fuit enim // David germen iustum //
Hieremi. 23. At quale Virgultum? quale germen?
Lignum Vitæ, ita enim Vocavit Christum asserit Christus lignum Vitæ.
August. de Genesi ad literam l°. 8. cap. 4°. et de
Civit. l°. 20. cap. 26. Floridus denique. Quia // Flos Christus Floridus.
campi, et Lilium convallium. // Cantic. 2°. sicut
// Flos de radice Iesse // dicto Esayæ cap. 11. Vide
Hieronymum ibi, et in commentar. in Matth. l°. 1°.
cap. 2°. in fine. quo in loco S. Doctor. // Possumus
et aliter dicere, quod etiam eisdem verbis iuxta
Hebraicam Veritatem in Esaya Scriptum sit: Exiet

Virga de radice Iesse, et Nazarus de radice eius ascendet. // Congruenter ergo Galileus, et Nazarus dictus Dominus. Nil mirum: sicut nec Bethleem Galileę nullam sacri mentionem in sacra pagina nisi in libro Iosue duntaxat. Neq; ideo iam non exstitisse tempore prędicationis Dominicę affirmandum: argumentum enim ab autoritate negativum nullam, aut exiguam vim habere inconfesso est apud omnes; quod si ullam hac in re tribueremus illi, et fateri cogeremur plurima oppida, quorum in sacris literis mentio est, nec non apud Iosephum aliquanto posteriorem Domino, eius tempore non exstitisse ipsamet historia, ipsamet experientia, imo ipsamet veritas. Restat igitur, ut pro certo statuamus B. Apostolum Matthiam ex Bethleem Galileę, non Iudę fuisse, licet quoad stirpem ex Tribu Iuda fortassis fuerit ortus: quod tamen (credo) non reticuissent illi, qui de utroq; Iacobo, de Ioanne, Iuda, Simone Apostolis id asseverarunt. At iam de nomine Matthiæ. a

Argumentum ab autoritate negativum parum validum.

Octo dies natus infans futurus Dei Apostolus circũ
cisus est iuxta legis antiquę præscriptum, Genesis.
17. // Infans octo dierum circumcidetur in Vobis //
21. // et circumcidit eum octavo die, sicut præcepe
rat ei Dns. // Levitici 12. // Et die octavo circumci
detur infantulus. // Luc. 1°. // et factum est in die
octavo Venerunt circumcidere puerum, et Vocabãt
eum nomine patris sui Zachariam. // et 2°. // Post
quam consumati sunt dies octo, ut circumcideretur
puer, Vocatum est nomen eius Jesus // Tunc enim
nomen imponebatur infantulis sicut in Baptisma
te nobis: apud antiquos Vero Græcos præcipue sep
timo a Nativitate die teste Arist. de hist. animal.
l°. 7°. cap. ult°. // undè fit ut nomina septimo die
imponãtur tanquam saluti iam pueri magis creda
mus. // Cæterum apud Romanos maribus nono die,
fœminis octavo imponi testantur Plutarchus in Quæst.
Centur. Roman. Macrobius Saturnal. 1°. cap. 6. Festus
Pompeius, in Verbo Lustricidies. Hesychius tamen
die decimo id consuevisse fieri scribit, cui consonat
Suidas in Verbo „ ἀμφιδρόμια „ quod aliqui Vertũt

Circumcisioni præfinitum tempus in lege.

Circumcisionis tempore nomen imponebatur infantibus.

Apud antiquos Græcos 7°. die nomen imponebatur infantibus.

Apud Romanos maribus 9°. fœminis 8°.

Decimo die ex quorundam sententia

Nominalia antiquis Festi dies in quibus nomina puerilis imponebantur.

Nominalia minus recte: Nominalia porro solemnes dies, in quibus nomina pueris imponebantur, quod intra tricesimum diem fieri debere M. Antoninus Philosophus Imperat. edixit referente Capitolino in eius Vita, quadere Vide Alex. ab Alex. Genial. 2°. cap. 25. et ibi Tiraquellum, Pamelium in Tertullianum 1°. de Idololatria, Turnebum ad Versar. l°. 28. cap. 19. Scaligerum Iosephum in Festum, Bonaventuram Vulcanium in Notis in Glossarium. Impositum igitur octavo die puerulo nostro Matthiæ nomen non casu, aut parentum Voluntate, sed potius (ut credere parest) divina. Matthias enim idem quod „Donatus„ ita. S. Hieronymus de nominibus Hebraicis, S. Isidorus Originum. 7°. Glossa interlinearis, Treveriæ autor, Iacobus de Voragine in Vita Apostoli, Franciscus Mirandulus apud Serarium Tomo Opusculorum. 1°. Opusculo de Apostolis, Ioan. Lorinus in Act. caput. 1.m Si Veidem quod „Donum„ aut „Donum Dei, Vel, Domini„ sic eadem Glossa interlinear. Treverica, Iacobus de

Nominis Matthiæ interpretatio.

Voragine, Salmerô in Act. cap. 1.m Tract. 7.o ubi „Lucrum„ etiam interpretatur, et Tract. 10. Lorinus loco cit. quasi omen in nomine fuerit, ut enim Isidorus ait Origin. 7.o // Matthias, qui inter Apostolos sine cognomine solus habetur interpretatur Donatus, ut subaudiatur pro Iuda: ipse enim in locum eius electus est ab Apostolis, cum pro duobus sors mitteretur. // Vel quia Donatus à Deo Apostolatus apice modo singulari, Vel quia nobis datus ut Dei Donum peculiare illud certe et eximium, cuius sanctitate hominibus Deoq. probata erudiremur, erigeremur q. in spem electorum tanti pastoris inhærendo Vestigijs. Idem ultimo Matthias, quod „Dei parvus„ prædictis autoribus interlineari, Treverica, Iacobo de Voragine, Lorino Bedam citante, nec non Aratorem antiquum, ac Pium Poëtam qui sic in l.o de Actis Apostolicis. 1.o

Matthiam q. Dei parvum, quod nomen, ut aiūt,
Hebræo sermone sonat.

Ad quod fortasse respexit. S. Romana Ecclesia

Quare in Festo. S. Matthiae canatur E Vangeliū. Confiteor tibi pater.

Ecclesiarum mater et magistra cū in Festo huius Apostoli decūtari decrevit in Missarū solemnijs illud Matthei cap. 11. // Confiteor tibi pater Domine Coeli, et terrę quia abscōdisti hęc à sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. // Parvulus fortassis erat in aliquorū opinione Matthias comparatus Joseph Barsabę, qui ob notā sanctimoniam, inculpatumq; vivēdi genus Iusti meruerat cognomen: At parvū suū elegit Deus in Apostolum, quia ipse ut intraret in regnū coelorū iuxta Magistri doctrinā parvū se effecerat, prę humilitatę, quę triplex secūdū Ambrosium:

Humilitas triplex.

1ª. Afflictionis, 2ª. Considerationis, 3ª. Devotionis: Deum Venerādo ex corde, ex mēte, ex animo. Considerationis seipsum prę alijs despiciendo. Afflictionis carnē domando egens, angustiatus, afflictus, Martyrium deniq; pro Christi nomine perferēdo, ut sui nominis responderet allusioni, et qui Dei parvus in hac vita, in altera Magnus primas occuparet sedes, ac. 12. tribus Israël iudicaret: atq; ita (Iorino teste) qui. 12. lapides pretiosos fundamēta coelestis Ierusalem à Ioanne descriptę* singulis Apostolis accomodant, Amethystum Matthię

* Apocalyps. 21º.-

assignant, quod hic propter humilitatem, quam vel in nomine ipso „parvi„ præsefere bat, non potuerit superbia inebriari: Ebrietatis enim amuletum Amethystus. Plinius l°. 37°. cap. 9. de eis // Magorum Vanitas resistere ebrietati eas promittit, et inde appellatas. // „αμέθυσα„ amethysta siquidem Graecis remedia, quæ adversus ebrietatem adhibentur. De Amethysti vero facultatibus vide librum de Natura rerum l°. 16. cap. 10°. Nec non Berchorium historiæ Moralis, et Naturalis l°. 11°. cap. 41°. in quo plura de amethysto in morali significatione reperies, quæ Apostolo nostro optime queant adaptari. Affert etiam aliud Etymon nominis „Matthiæ„ Iacobus de Voragine, verbis ipsius referam. // Vel dicitur à „Manu„ quod est bonum, et „Thesis„ positio: inde Matthias bonum positum pro malo, scilicet pro Iuda. //

Amethystus lapis Matthiæ assignatus.

Amethysti Virtus.

Iacobus de Voragine in Etymo nominis Matthiæ reprehensus.

At, bone Deus, quam longe petita ist hæc:
„Manum„ enim non Græcum nomen, sed
Latinum priscum. Varro l°. 5°. de lingua
Latina. // Diei principium mane, quod tum
manat dies ab Oriente. Nisi potius quod bo
num Antiqui dicebant manum. // Nonius Mar
cellus. // Manum dicitur clarum; unde etiam
mane, post tenebras noctis diei pars prima:
inde Matuta, quæ Græce Leucothea. Nam
inde Volunt etiam Deos Manes appellari,
idest bonos, ac prosperos, quod melior mors
Sapientioribus, quam Vita probetur. Cicer. Tus
culan. l°. 1°. Quid Ino Cadmi filia? non
ne Λευκοθέα nominata á Græcis, Ma
tuta habetur á nostris? Inde immanes
non boni, ut sæpe. // Festus Pompeius. // Ma
nare Solem antiqui dicebant, cum Solis ori
entis radij splendorem iacere cœpissent, á
quo et dictum putabant mane. Alij dictum

Manum Antiquis idē quod, clarum, bonum.

Manes Dij.

mane gestarent adeo, quod manum bonum
dicebant. // et // Mane á Dijs manibus di
xerunt: nàm Mana bona dicitur, unde et
mater Matuta, et poma matura. // et // Ma
nios in carminibus Saliaribus Ælius Stilo
significare ait bonos. et in feri Dij Manes
pro bonis dicuntur á supplicitèr eos Venerantibus propter metum mortis, ut immanes quo
q; pro valde non bonis dicuntur. // et in fe
riis. // Mater Matuta, Manes, mane, matri
monium; mater familiq, matertera, matrices,
materiq dicte videntur (ut ait Verrius) quia
sint bona: qualia habeat sint, quæ sunt
matura. Vel potius á matre, quæ est origi
inis græcæ. // Denig; idem // Matrem Matu
tam Antiqui ob bonitatem appellabant, et
maturum idoneum usui, et mane principiũ
diei, et in feri Dij Manes, ut supplicitèr ap
pellati bono essent: et in Carmine Saliari
Cerus Manus intelligitur creator bonus. // Ser

Mater matuta
ante Vocata.

Vius in Vergilianum: Und ex. 3°. Æneid.

= Stant manibus aræ
Coeruleis mœstæ Vittis, atraq. cupresso.

// Manes animæ sunt, quæ egressæ corporibus nondum alia intrant corpora. Sunt autem maximæ, et dicuntur per antiphrasim, nam manum bonum: unde mane dictum. // Isidorus noster l°. Origin. 5°. // Mane lux matura, et plena: nec iam crepusculum. Et dictũ mane á manu: manum enim Antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce? Alij mane existimant Vocari á manibus, idest á Dijs, quorum conversatio a terra ad Lunam est. Alij putant ab äere: quia manus, id est, rarus est, atq. perspicuus. // Quadere Videndi Lilyus Gregorius Giraldus de Dijs Gentium Syntagm. 6. in Verbo Furiæ; et Brocensis noster Hispanæ eruditionis assertor. Paradox. 2°. Manum ergo idem quod bonum aut clarum, et lucidum Latinũ nomẽ antiquum, non Græ

quum, non Græcam, Græci enim „ἀγαθόν„ bonum; „λαμπρόν„ clarum, et dilucidum dicunt: „θέσις„ Thesis, quidem Græcis positio „ at Matthias nomen Hebræum, Syrum Ve: quid ergo commune sermonum istorum? Chimæra haud absimilis compositio, respectu cuius

Thesis, positio.

= minor admiratio summis

Delectat monstris.

quemadmodum dixit Iuvenalis Satyra. 6. Sed esto, conglutinentur Græca Latinaq; Vox Manum, et Thesis; et inde mutato antiquitatis, tin minus natiVitatis ordine, resultet nomen Syrum, aut Hebræum: Manuthesis, aut Manthetis componatur, necesse est, neq; per hypocopem, Vel nimium licentiosam ita poterit aperte dolari, ut Matthias efficiatur. Adde quod per geminum „Thau„ scribitur Hebræis Matthias, licet Syris per unicum, ut notat Lorinus. In recognitionibus, quæ Clementi Romano falso ascribuntur (ut bene probant Illustrissimi, ac

Matthiæ nomen per geminum T. Hebræis, Syris Vero per unicum scribitur.

doctissimi Cardinalis Baronius, et Bellarmi-

Matthiam eundem fuisse cum Barnaba falsum.

nus) legitur libro 1°. Barnabam, qui et Mat-
thias. Vocatus sit, in Iudę proditoris locum
subrogatum. Quod tamen verum non esse, eos-
tat ex Actor. 13. cap. ibi. // Dixit Spiritus San-
tus, segregate mihi Saulum, et Barnabam in
opus, ad quod assumpsi eos. // Alia ergo electio,
alio modo facta, alio tempore; diversa utique
g. patria, diversa Tribus: Barnabas Cyprius

S. Barnabas Cyprius de Tribu Levi.

de Tribu Levi. Actuum 4°. // Ioseph autem,
qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (
quod est interpretatum filius consolationis)
Levites Cyprius genere. // S. Hieronymus in
Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum // Barnabas
Cyprius, qui et Ioseph Levites, cum Paulo
gentium Apostolus ordinatus. // Isidorus
de Vita, et morte Sanctorum. // Barnabas, qui
et Ioseph, natione Cyprię civitatis a Cyro ve-
ge Persarum conditę, cum Paulo in gentibus
Apostolatum adeptus. // Sed mirus, quod, Cyprię

civitatis a Cyro conditę meminit hic Isidorus? In Iudęa extitisse legimus Cypron castellum iuxta Hiericontem urbem Tribus Beniamin: sed castellum hoc, non urbs, neq. a Cyro, sed ab Herode regecōditum, ac de matris suę nomine ita nuncupatum. Iosephus Antiquitat. l°. 16. cap. 9°. // Deinde castellum matrem suam nomine referens supra Hierichuntem condidit (Herodes) cui Cypron Vocabulum imposuit communito egregie, et instructo amœnis domicilijs. // de quo etiam l°. 1°. de bello Iudaico cap. 16°. In Cypro insula nullam a Cyro urbem ędificatam scimus. Cyropolim urbē Medię describit inter alias Ptolemęus l°. 6. cap. 2°. Tabula Asię 5ª. Cyropolis Sogdianę Provincię urbis a Cyro conditę, et ab Alexādro expugnatę meminere Curtius, et Arrianus. et de hac, sive de Meda egisse dicerem Isidorum, legi q. debere // Natione Cyropolis Civi

S. Isidori sententia circa B. Barnabę patriam expenditur.

Cypron castellum in Iudęa Herodes condidit.

Cyropolis Medię urbs.

Cyropolis Sogdianę urbs.

tatis a Cyro rege Persarum conditæ // Quando quidē
// erant in Ierusalem habitantes Iudæi Viri reli
gioſi ex omni natione, quæ sub cœlo est. Parthi et
Medi, et Elamitæ etc. // ut ex Act. 2° habemus
Ni fuisset cogeremur tunc, Beatum Virum cōtra
dicere Voluisse Sacro eorundem Actuum Apoſto
lorum textui Cyprium Barnabam affirmanti.
Cyprius absq; dubio S. Barnabas, ut Vidimus
ita etiam Beda, ita Vsuardus in suis Martyro
logijs, ita Vienensis Archiepiscopus Ado in libello
de Festivitatibus Sanctorum Apoſtolorum, etc.
ita Romanum Martyrologium, et in Notis in eū
Baronius post Molanum in Notis in Vsuardum.
Diuersa ergo persona Matthiæ, et Barnabæ.
At binominem dicet quispiam Matthiam, Ne
gat S. Isidorus loco citato ex Originum l°.
7°. // Matthias, qui inter Apoſtolos sine cog
nomine solus habetur. // et de Vita, et morte
Sanctorum // et solus sine cognomine. //

S. Matthiam binominem non fuisse dicit B. Isidorus.

Pie Vero a pijs parentibus educatum Aposto
lum, Treverica refert historia. Et quidem pi
os extitisse illos, credibile, imo extra omnem
dubitationem, si à communiter accidentibus
iudicaturus pietatem filij spectes.// Consen
taneum enim est, (Philosophotiste Politicor.
.1°. Cap. 8) ex melioribus ortos esse meliores.//
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos.
dixit Poëta Eeglog. 1ª. ut plurimum etenim

Fortes creantur fortibus, et bonis
Est in iuvencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilę columbam.

ait Lyricus Carminum .4°. Ode. 4ª. Recte
siquidem Chremes apud Comicum in Heaut.
Act. 5°. Scen. 3ª.

Quod est consimilis moribus
Convinces facile exte natum: nã tui similis est probé.

Neq. exiguam certe nos gratiam, laudemq. ijs
debemus, qui tantum nobis Virum, talem ge

Quales Matthiæ parentes.

ex bonis parentibus boni filij.

meere Magistrum ex Seneca nostri doctri
na l°. 4°. de beneficijs. cap. 30°. // Hic magnos
Vivos genuit, dignus est beneficijs: qualiscũq.
est, dignos dedit. // Dignum certe dedere, dig
nissimumq. Parentes Matthiq. // Quemtum ab
annis puerilibus (Verba sunt Trevirici histo
rici partim á Lorino relata) diuinæ legis ins
titutionibus statim manciparunt. // At quam
cordate. ut enim Ecclesiasticus habet cap. 30°.
// Qui docet filium suum, laudabitur in illo;
et in medio domesticorum in illo gloriabitur. //
prosequitur Trevirica. // Ad pedes namq. Si
monis summi, et incomparabilis Viri, atq.
tunc temporis in lege Mosaica doctissimi pri
ma legis elementa perceperat. // Quod tum
me prodesse puerorum educationi, paulo an
te citatus Seneca noster docet l°. 2°. de Ira, cap.
.22°. // Proximis applicatur omne quod teneru
est, et tenerorum similitudinem exercit. Nutricũ,
et pedagogorum vetulæ mox in adolescentia mo

Matthiq educatio,
ac disciplina.

res. Apud Platonem educatus puer, cum ad parentes relatus Vociferantem Videret patrem, nunquam hoc, inquit, apud Platonē audivi.// Sed ulterius Ire Verica.// Divina siquidem cooperante gratia omnem in brevi legis, et prophetarum scientiam comprehendit. Studebat iam ętate tenera maiorum imitari exempla: divinę legi iugiter incumbere: lascivię sensū non impendere: sed annos pueriles morum Vincere maturitate.// Quid ergo mirum, si tantus postea doctor? talis evaserit pastor? = Adeo in teneris consuescere multum est! ut dixit Epicus Georgicor. 2°. citatus a Quintiliano l°. Institut. 1°. cap. 3°. Sed ipsa demum Ire Verica.// Proinde adolescens factus crebris disputationibus examinatus non solum condiscipulis, sed ipsi Magistro suo mirabilis habebatur. Quippe qui licet eruditissimus esset, nullatenus tamen extollebatur, sed iuxta sui nominis ethymologiam Vere se parvum, et humilem exhi

Matthiae studia.

bere nitebatur: illud semper memorans; quã
to maiores, tanto magis humilia te in om
nibus; et illud Viri sapientis: superbum
sequitur ignominia, humilem autem gloria.

Matthiæ laus.

Erat igitur Beatus Matthias corpore mundis
simus, animo purus, in solvendis Sacræ Scrip
turæ quæstionibus acutissimus, in consilio pro
vidus, in sermocinatione nudus penitus, et ex
peditus. Informabatur sensim animo ad Vir
tutem, ut esset ad intelligendum habilis,
ad misericordiam facilis, in prosperis non ela
tus, in adversis constans, et intrepidus. Satage
bat, ut quod sensu perceperat, opere compleret,
et oris doctrinam manus assertione cõprobaret.//
adhuc Treverica de educatione, studijs, ac Vir
tutibus Matthiæ: de quibus non pauca in
sermone de S. Matthia, quem Urbinas in
Milleloquio ascribit Augustino: Bedæ vero
alij, ut referunt Ioannes Molanus in Notis ad
Usuardi Martyrologium, Baronius in suis ad

Romanum in Festo Apostoli: Sanctus quoque Bonaventura Tomo .3°. Sermone .1°. et .2°. de eodem Apostolo morum illius integritatem, Sanctimoniam, Prudentiamq. miris laudibus extollit. Quod cõfirmatur etiam Beati Antonini Archiepiscopi Florentini autoritate dicẽtis .1ª. pᵉ. hist. Tᵒ. 6. cap. . Matthiam fuisse in lege eruditissimum, et Dominum quidem dum viveret nobiscum, rudes, ac illiteratos eligere voluisse, ne mundi conversio tribueretur humanę industriæ, et sapientię: ab Apostolis tamen Matthiam doctum eligi ad insinuandum posteris rectoribus Ecclesiarum, quod periti viri, non idiotę sunt ad clerum, et regimen animarum assumendi: sic enim et Paulum doctissimum vocatum de Coelo ad Apostolatum. // hæc ille. Quis vero fuerit Simon ille incomparabilis vir, atq. in lege Mosaica doctissimus, (si tamen unquam fuit) á quo didicisse Matthiam refert Treverica: ignorare me, ingenue fateor.

Quare ab Apostolis doctus electus Matthias, cum rudes ipsi et illiterati a Christo Domino vocati fuerint.

Quis fuerit Simon Matthię Magister in lege doctissimus.

licet enim quosdam huius nominis, Matthiæ cognos vel dignitate, vel sanctitate, vel scientia demum nobilitatos legamus: At nullum certe in lege peritissimum, qui Apostoli ponerit esse Magister. Fuit Simon quidem Herodis Regis servus, qui ob Archelai absentiam, ut Iosephus affirmat Antiquitat. l°. 17. cap. 12. regnum affectavit, seu invasit post Herodis mortem, quemadmodum Tacitus Vult. histor. l°. 5. qui à Quintilio Varo Syriam obtinente punitus eodem Tacito autore. meminit huius Baronius Annal. i°. anno .D. 3°. Fuit Simon alius Galilæus Galilæorum secte, vel hæresis, non deberi Romanis tributa solvi, affirmantis aut autor, aut instaurator, ut ex Iosephi libris Antiquitat. 17°. cap. ult°. et. 18. cap. i°. et de Bello Iudaico 2°. cap. 7°. refert idem Baronius anno .D. 6°. Fuit Simon Bœthi filius sacerdos nobilis Herodis socer, et ab eo Iudæorum Pontifex factus. Iesu Phabetis filio

Simon Herodis servus ob affectatum regnum occisus.

Simon Galilæus Hæresiarcha.

Simon Bœthi filius Herodis socer Pontifex.

abrogata dignitate. ita Iosephus lo. Antiquit.
.15. cap. 12°. Genebrardus Cronologi. lo. 2°.
anno Mundi. 4054. Torniellus in Annali
bus Sacris An. ab Orbe Condito. 4031. Fuit
alter Simon Camithi filius Pontifex creatus Simon Camithi filius Pontifex.
a Valerio Grato Iudeę Prąside, meminit hu
ius idem Iosephus Antiquitat. 18. lo. cap. 3°
meminere quoq; Baronius an. D. 18. Gene
brardus lo. Cronolog. 2°. anno. Mundi. 4114.
Torniellus anno ab. O.C. 1068. Quatuor
hoc tunc temporis in Venio celebres cognomi
nes (omitto enim Simonem Petrum Apostolorũ Simon Petrus Simon Zelotes Apostoli.
Coryphęum: Simonem cognomento Zelotem
Apostolum, et Apostolorum Iacobi minoris, ac
Iudę fratrem: Simonem Leprosum dictum, Simon Leprosus
apud quem discumbebat Dominus, cum ipsius
pedes lacrimis lavit Maria Magdalena,
et suis terxit capillis: Simonem Cyrenęum Simon Cyrenęus.
Domini crucem baiulare coactum: Simonem Simon Magus hęresiarcha.
Magum hęresiarcham, aut hęresiarcharum,

antesignanum, et parentem: quia hic ali
quanto posterior, et Samaritanus Patria:
Cyrenęus rusticus Vir: Leprosus, privatus
quidam Bethanię urbis Civis, quem à le
pra mundaverat Dominus autore Hiero
nymo in Comment. in Matthę. cap. 26m. A
postoli illiterati omnes electi à Servatore nos
tro (ut ex. S. Antonino retulimus,) At nulli
ex quatuor hisce supradictis convenire elogi
um, quod Treverica tribuit Simoni Matthię
Magistro, nemo non videt. Duo enim Pon
tifices (si dignitatem tollas) obscuri nominis,
neq; nimium probatis moribus, literis ve:
Duo vero primi scelere duntaxat, et seditio
ne insignes. Dicerem ego (si coniecturę locus)
Simonem hunc illum fuisse Simeonem (idē
enim nomen est) qui Lucę Evangelistę, imo
Spiritus Sancti pręconio celebratur in Lucę
Evangelio cap. 2°. // Et ecce homo erat in Hie
rusalem, cui nomen Simeon, et homo iste

Simon idem quod Simeon.

Simeon Evangelicus.

iustus, et timoratus expectans consolationem
Israël, et Spiritus sanctus erat in eo. etc. //
quem q[uo]d senem sanctissimum prædicant om
nes. SS. PP. et præcipue .S. Methodius
Patarensis episcopus, et Martyr in sermone
de Simeone, et Anna, sibe homilia in Festo
Purificationis; et inter Prophetas recenset. S.
Epiphanius de Prophetarum Vita, et interitu,
ubi hæc demum de illo. // Fato functus est Si
meon iste pluribus quidem annis obsitus, be
ne confectus, nec povro à Sacerdotibus postre
mum consecutus honorem, humatus est. //
fortasse quia eorum invidiam sibi confla
verat Christi adventum falsam annuncians,
ut acute adnotavit Baronius, cuius Natalem
Octabo Idus Octobris Latini ponunt, Græci au
tem ad Tertium Nonas Februarij, quemad
modum constat ex Menologio, et ex constitutio
ne Manuelis Imperat. apud Balsamonem
in Nomocanon. Photij. titulo .7. cap.1. Summus

Simeon Evangelicus Prophetæ senex ad modum mortuus, nec humatus a consacerdotibus. et quare.

.S. Simeonis Natale.

proculdubio hic Simeon, et incomparabilis
Vir, si officium, si Venerabilis canos, si sanc
titatem, si uberem in eo diffusam Domini
gratiam spectes, et confideres. In lege Vero
peritissimum fuisse asserit Genebrardus.
Chronolog. To. 2°. anno. M. 4020. ex Rab
binorum doctrina, illi enim Simeonem hunc
filium dicunt Hillelis Doctoris insignis, pa
trem q.[uem] et præceptorem Gamalielis (ad cuius
pedes legem didicit Paulus) quod (si ita se
habet, Sanctus iste Simeon tertius erit inter
Symeones quinq.[ue] á Zacutho enumeratos in
duodecim Thanaorum generationibus (Tha
nei porro quædam Doctorum schola apud
Hebræos) quorum Catalogum Vide apud
Nicolaum Serarium Tomo Opuscul. 1°. in
Rabbinis duobus. Neq.[ue] enim Primus á Iude
is Iustus dictus, quanvis eundem dixerit Pe
trus Galatinus Lecapsus similitudine cognomi
nis utriq.[ue] communis, iure reprehensus a Ni

Simeon Evangelicus in lege peritissimus.

Simeon Evangelicus Hillelis Doctoris insignis filius.

Thanaorum schola celebris apud Hebræos.

Simeon Iustus Onice Pontificis 1°. huiusnominis filius Pontifex.

colao Serario: longe siquidem antiquior Thanæorum primus, sive is fuerit Simon Oniæ primi Pontificis filius, Iaddi nepos, sub quo Iersolymam venit Magnus Alexander, et præter omnium spem Pontificem veneratus Deum adoravit: Pontifex et ipse Simon Octavus, sive nonus (variant enim Scriptores in computandi ratione.) Iustus dictus autore Iosepho Antiquitat. l°. 12°. cap. 2°. // Onia Pontifice defuncto filius ei Simon successit Iustus cognominatus, quod et Deum pie coleret, et eius summa potiretur benevolentia. // Quod etiam Cæsariens. Eusebius in Chronico Mūdi anno. 4900. // Iudæorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius clarus habetur, cui cognomentum Iusto fuit propter sollicitam in Deum religionem, et in cives suos pronam clementiam. // Et hunc Simonem Iustum dictum occurrisse Alexandro Hierosolymam venienti ex Rabbi Abraham in Cabbal. refert Gene

Sub Iaddo Pontifice Ierosolymam venit Alexander Magnus.

Sub Simone 1°. iusto maleponit Alexandri adventum Rabbi Abraham.

Vrsperg. Cronolog. lo. 2o. A.M. 3760. quod tamen haud verum. Simonem autem hunc Onię primi filium „Iustum „dictum preter Iosephum, et Eusebium habent auctor Cronicon Mundi Hartmanus Schedel Norum bergensis. 5a. etate. fol. 77. Fasciculus temporum. 5a. etate. A.M. 1909. Philippus Bergomas Supplementi Chronicor. lo. 7. A.M. 4394. Sigonius de Repub. Hebreor. lo. 5. cap. 2o. Genebrardus Cronol. 2o. A.M. 3797. Dorniellus in Annalibus sacris anno ab O.C. 3730. et anno. 3744o. quibus in locis asserit Simonem hunc Summum Sacerdotem illum ipsum esse, qui a Iesu filio Sirach magnopere celebratur Ecclesiastici. 50. cap. fere per totum, quod cōfirmat autoritate Iansenij ibidem, et Genebrardi, qui loco cit. ait. // Hic ab Ecclesiastico celebratur cap. 50o. Iusti cognomen retulit. // Alij Simonem Iustum dictum volunt Onię secundi filium, duodecimum Iudęorū Pontificem,

Simonem 1m. Iustum a Iesu Sirach in Ecclesiastico celebratum alii qui dicunt.

Simonem Iustum dictum Onię secundi filium Pontificem.

Legorum Pontificum, primum vero Simonem non Iustum, sed Priscum. Ita Anianus Philo, seu Pseudo Philo de Temporibus, et qui ipsum sequuti Ioannes Nauclerus Volumine. 1°. Cronographiæ, generat.e 58. Michael Aitzingerus in Pentaplo Regnorum Mundi, et idem met Genebrardus loco cit. A. M. 3880. Sed quid obstet, quominus duo hi cognomines Pontifices, plures ve alij, in quibus Iustitia, et morum Sanctimonia viguerint, Iusti fuerint dicti, certe non video. Bene Fasciculi Temporum autor in Simone. 1°. // Hic propter Sanctitatem Vitæ singularem fuit Iustus a Populo cognominatus, quod frequenter contigit pluribus aliis. // Magis quidem controversum, an de hoc secundo Simone (sive Iusti cognomen habuerit ille, sive non) loquutus fuerit Ecclesiastici autor: nam de primo egisse apud proxime citatos vidimus iam: Sed alij contra de hoc. 2°. Simone contendunt. Ita videtur sentire Cesariens.

Plures Iustos fuisse dictos nihil impedit.

De hoc. 2°. Simone locutum fuisse Ecclesiasticum, aliorum opinio.

Eusebius Lº. 8º. de Demonstrat. Evangelica Demonstrat. 2ª. Sed expresse in Chronico A. M. 4970. // Iudęorum Pontifex Maxim. Simon Onię filius clarus habetur, sub quo Iesus filius Sirach Sapientię librum compo nens, quem Vocat Panaręton, etiam Simonis ineo fecit mentionem. // Ita affirmant Hart manus Schedel in Chronico Mundi. 5ª. ętate, Fasciculus Temporum. 5ª. etiam ętate. Bergomas libro Supplementi. 7º. An. M. 4978. Sigo nius ubi Supra. Quid tenendum, asseVerare, non ausim: magna Iansenij, Genebrardi, et Tornielli diligentia: sed magna Cęsariensis Eusebij autoritas apud omnes.

Vnus quisq. sua noVerit ire Via dicam cum Propertio. Certe Simeon Iustus á Iudęis Vocitatus multo antiquior Evangelico Simeone. non ergo hic Sanctus Senex Thaneo rum primus. Secundus Vero Thanęorum Si meon filius Satach: patris nomen diVersum.

Vterq. Simon Iustus primus, et secundus longe diVersus a Si meone Evangelico.

Tertius Simon Hillelis filius, et hunc, ut dixi, nostrum suspicamur Simeonem: Patris nomen certe idem, Tempus fortasse non discrepat.

Tertius Simeon Evangelicus (ut credimus), Hillelis filius.

Quartus Rabban Simeon filius Gamalielis senioris in Hierosolymitano excidio interempti.

Quartus Simon filius Gamalielis. senioris.

Quintus Rabban Simeon filius Gamalielis Iunioris: sed hi posteriores, posteriores etiam quo. Videndus omnino Serarius dicto Opusculo de Rabbinis duobus l°. 1°. cap. 7°. et. l°. 2°. Scrupulo. 7°. ~

Quintus Simon filius Gamalielis iunioris.

Corpore mundissimum dicit Treverica historia (ut Vidimus). B. Matthiam: quibus Verbis non obscure Videtur innuere, perpetuo illum castitatem coluisse, Vitamq. degisse cœlibem; quanvis enim et in coniugio etiam reperiatur castitas (ut passim docent. SS. PP. passim autores ethnici, pöetę precipue) non tamen illa est, qua merito quis corpore mundissimus dici possit, quippe quę in cordis potius, quam in corporis munditia consistat, iuxta illud Augustini in Sermoni

B. Matthiæ pudicitia.

Qualis castitas coniugalis.

bus de Tempore, Sermone de Nativitate Domini 12°. // Exultacetiam Castitas nuptialis, omnes fideles Viventes cum coniugibus Vestris, quod amittitis in corpore, in corde servate. // Videndus S. Ambrosius in Exhortatione ad Virgines non longe á fine. Verumtamen dubium reddit hoc audacia quorundam Virginitatis otiorum (hæreticorum inquam) asserentium Apostolos omnes uxoratos habuisse: ita Vigilantius ex Antiquis, ita qui illum ab inferis in lucem, et antesignanum evocant Novatores Calvinus, Petrus Martyr, Bucerus, et alij, quorum irrideremus vesaniam, ni emeritis aliquot. PP. suffragijs eam astruere conarentur opinationem, an Vaniloquentiam? S. Ambrosium citat Petrus Martyr, Verbave fert Bellarminus Controversiarum 2°. l°. cap. 34. // Illi autem (Apostoli) quamvis essent sanctissimi, non asservarunt coniugia, imo (ita credimus Ambrosio) omnes habuerunt uxores præ

Apostolos omnes coniugatos asserunt hæretici.

ter Ioannem, et Paulum. // et infra // Quan
quam ita Ambrosium cito hoc loco, non ut pror
sus concedam in eam sententiam: unde enim
sciebat ille Paulum non habuisse uxorem? //
adhuc Petrus Martyr. Probant etiam ex eo, quod
S. Petrus uxorem habuerit, ut constat ex Mat
thei 8°. // et cum venisset Iesus in domum
Petri, vidit socrum eius iacentem, et febrici
tantem // Luc. 4°. // Surgens autem Iesus de
Synagoga intravit in domum Simonis, socrus
autem Simonis tenebatur magnis febribus. //
quod itidem affirmant de S. Paulo colli
gentes id ex suamet ipsius doctrina 1ª ad Cori
thios. 9°. // Nunquid non habemus potesta
tem mulierem sororem circunducendi, sicut
et coeteri Apostoli, et fratres Domini, et Cephas? //
ex quibus verbis inferunt Clemens Stromate
os Stromat. 3°. et ex illo Eusebius Cesariensis
hist. l°. 3°. cap. 24°. S. Chrysostomus l°. de Vir
ginitate cap. 41°. et 82°. Nicephorus Callistus

S. Petrus coniugatus.

1°. 2°. cap. 44°. fuisse coniugatum Beatum Pa
ulum; quod ipsum confirmant Nobatores
eiusdem Apostoli testimonio ad Philippen
ses. 4°. // Etiam rogote Germane compar ad
iuva illas, quæ mecum laborarunt in E
vangelio etta. // nam posset (inquiunt) com
mode verti ex Græco // Germana coniux // ma
xime cum // σύζυγος // nomen, quod latinè so
nat // compar, coniux, aut, socius // communetit
tam viro, quam fœmine. Tertio probant
testimonio S. Ignatij Apostolorum coævi,
qui in Epistola ad Philadelphienses. 9. in
ordine scribit. // Ut Petri, et Pauli, et aliorũ
Apostolorum, qui nuptijs operam dederunt. //
Quarto denique Clementis Alexandrini testi
monio. S. Philippum Apostolum uxorem
habuisse cõtendunt: quod ipsum tenent Do
rotheus in Synopsi, Eusebius Cesariens. hist.
3°. cap. 25. Sophronius apud S. Hieronymum
de Scriptoribus Ecclesiasticis, S. Isidorus de

Vita, et morte Sanctorum, Nizephorus l°. 2°. cap. 44°. B. Antoninus .1ª. pᵉ. Historiar. tt°. 6. cap. 11°. idq. ex cap. 21°. Actuum Apostolorum inferũt. At qualis assertio hęc de Apostolorum cõiugio? Ambrosij namq. testimonium (cui in hac parte neccessario adhibenda fides non est: neq. enim cuilibet ex Sacris Doctoribus omnia Deus, ut sunt, Vel fuerunt, manifesta fieri Voluit) non ex Sacra Scriptura, non ex traditione constare, ob rationes infradicendas certò scimus. Quod si. S. Petrus uxorem habuit, quid inde? ideo ne omnes Apostoli coniugio obligati? minime gentium. Negavit Magistrũ Petrus, ideo negaverũt reliqui? Sed cõiugium, dicet quis, laudabile: non laudabilis negatio. fateor. laudabilior tamen cœlibatus, quandoquidem cœlibes sicut Angeli Dei, qui neq. nubent, neq. nubentur: Unde Hieronymus l°. 2°. adversus Iovinianum in fine. // Inter Virgines, et Viduas, et cœlibes, unde et ipsum

Cœlibatus laus.

Cœlibes unde dicti.

nomen inditum est, quod cœlo digni sint, quia coitu careant. // Augustinus in 1°. de Gramma tica // Cœlebs dicitur, qui non habet uxorem, vel quę non habet maritum: qualia sunt numi na in cœlo, quæ absq. coniuge sunt. // Exutroq. Isidorus noster Originum. 10°. // Cœlebs connu bij expers, qualia sunt nomina in cœlo, quæ absq. coniugibus sunt. et cœlebs dicitur, quasi cœlo beatus // et hęc non Christianorum tantum doctrina, sed Gentium etiam. Festus Pompeius // Cœlibem dictum existimant, quod dignam cœlo Vitam agant. // Præclare ille, si constanter, apud Horatium 1°. Epistolar. i. Epist. i.

Nil ait esse prius, melius nil cœlibe Vita.

Quia ergo minus laudabile reperitur in Petro (coniugium) debet et in reliquis reperiri? Vel quia magis: Caput et Princeps Apostolici collegij ef fectus ipse à Domino, ideo et unus quisq. caput. Absurdum. Sanctum Vero Paulum uxorem non duxisse, testis est ipsemet. i. ad Corinthios

S. Paulus uxorem non duxit.

cap. 7°. // Volo autem omnes homines esse si
ut me ipsum. // et deinde // Dico autem nō
nuptis, et Viduis, bonum est illis, si sic per
maneant, sicut et ego. // Negᵗ. dicendum est
Viduem iam haec scripsisse: cum gravissi
morum Patrum consensu constet, uxorem
nunquam habuisse Tertulliani* videlicet,
Origenis*, Hieronymi*, Ambrosij*, Augustini*,
Theodoreti*, Epiphanij*, et aliorum. Quod
autem asserunt ex Epistola B. Pauli ad Co
rinthios. // Nunquid non habemus potestatem
mulierem sororem circunducendi etc. // ni
hil probat, cum Hieronymo enim respon
dum l°. i°. in Jovinianum. // Si autem illud
nobis opposuerit ad probandum, quod om
nes Apostoli uxorem habuerunt. Nunquid
non habemus potestatem mulieres, vel uxores
circunducendi (quia „γυνη„ apud Graecos
utrumq; significat.) sicut caeteri Apostoli, et
Cephas, et fratres Domini: iungat et illud, quod

* Tertull. de Mo nogam. cap. 3°. et 8°. —
* Origen. contra Cels.
* Ambros. in Epist. m. i. ad Corint. c. 7°.
* August. lx. de Vidut. cap. 4°.
* Theodor. in Epis tol. ad Philip. —
* Epiphan. hæres. 30. —

S. Pauli locus ex Epist. ad Corinth. explicatus.

in Grecis codicibus est: Nunquid non ha-
bemus potestatem, sorores mulieres, vel uxores
circunducendi? Ex quo apparet eum de alijs
sanctis dixisse mulieribus, quæ iuxta morem
Iudaicum magistris de sua substantia mi-
nistrabant, sicut legimus ipsi quoq; Domino
facultatem. Nam et ordo Verborum hoc signi-
ficat: Nunquid non habemus potestatem mã-
ducandi, et bibendi, aut sorores mulieres
circunducendi? ubi de comedendo, et bibē-
do, ac de administratione sumptuum præmit-
titur, et de mulieribus sororibus inferitur:
perspicuum est, non uxores debere intelligi,
sed eas, ut diximus, quæ de sua substantia
ministrabant. Quod et in Veteri lege de Iuna
mitide illa scribitur, quæ solita sit Elizæum
recipere, et ponere ei mensam, et panem, et
candelabrum ettc. aut certe si „γυναῖκας„
uxores accipimus, non mulieres: id quod adді
tur, sorores, tollit uxores: et ostendit eas germanas

in spiritu fuisse, non coniuges. // Adhuc Hieronymus, quod ante ipsum et brevius dixerat Tertullianus 2°. de Monogamia. cap. 8°. dixere quoq. post Augustinus de Operibus Monachorum cap. 4°. Chrisostomus, et Theodoretus in eandem Epistol. ad Corinth. Addit Baronius, et bene Annal. 1°. // Consueverunt et Iudæi suæ gentis fœminas „ Sorores „ nominare, et Viros „ fratres „. Coeterũ nihil prohibet eadem Pauli Verba, non de qualibet externa muliere, sed de sua ipsius Sorore, eademq. germana posse intelligi, cum præsertim testimonio Lucæ Evangelistæ* cõstet, Paulum habuisse Sororem, cuius filius ipsum liberavit ab insidijs Iudæorum. // hæc Baronius. Quod Vero probare nituntur ex Epistola ad Philippenses, meræ nugæ. quis enim unquam interpretum, antiquorum ita Vertit, ut pro „ Germane compar „ Germana coniux „ legendum dixerit? agendum ne de

* Actor. cap. 23°.

S. Pauli locus ex Epist. ad Philip. explanatus.

possibili, quando de facto constat? cur mas
culino „γνήσε„ foeminam alloquens utere
tur Apostolus, qui Atticismis, (Theophilacto
teste) minime uti consuevit? Existimavit Oe
cumenius „Syzygi„ nomen viri proprium esse:
Vocatur autem Gnesios, seu Verus, et Germa
nus, quia cum isidem Domini iugum egregie cum
Paulo, et coeteris discipulis perferret, verum
se „σύζυγον„ comparem, aut coniugem presta
ret. Ita Theodoretus ibidem. Sanctus tamē
Chrysostomus sentit per comparem illum,
Paulum voluisse significare fratrem quē
dam illarum mulierum, quę ab eodem no
minantur; vel fortasse alicuius ex illis vi
rum Sintichis, vel Evodię. Neq; S. Ignatij
testimonium, quod tertio loco producitur,
Apostolorum probat coniugium: cum illud
supposititium esse constet, suppositum q?
Groecafide ab aliquo nupero Groeculo, vel
audaci librario: quandoquidem vetustissi

S. Ignatij locus in Epist. Ad Philadelph: 9. resti tutus.

ma Ignatij exemplaria, quæ in nobilissi
mis Bibliothecis Vaticana, Sforziana, Flo
rentina, Oxoniensi, et alijs asservantur hæc
Verba non habeant // Ut Petri, et Pauli, et
aliorum Apostolorum // sed ea duntaxat. //
Ut Petri, et aliorum, qui matrimonio operã
dederunt. // ut bene notant Baronius Annal.
T. i. Bellarmin. Controversiar. T. 2°. l°. 2. cap.
36. Levarius Opusculor. T. i. Tractatu de
S. Paulo, et Iuda proditore. n°. 19. Autor
Annotatorum in Epistolas S. Ignatij, quæ
habentur in magna Veterum Patrum Bi
bliotheca Tom. i°. et credibile quidem nõ
est, tot antiquos, quorum aliqui matrimo
nium asseverare Pauli, hæc Ignatij Verba
vel ignorasse, vel pretervisse, ut late disse
ruit idem Baronius. Denig. S. Philip
pum Apostolum (quod quarto loco obiicie
batur tot Scriptorum testimonio assertum)

S. Philippus Apostolus uxorem duxit.

fuisse coniugatum, etiam fidemus, quid inde sequetur? an eius exemplum sanctos cæteros, quod non exemplo Petri Apostolorum coryphæi factitatum concesserimus? absit. Certum tamen est autoritate Hieronymi, de qua mox, uxorem non habuisse Philippum Apostolum: certum q̃, id, quod Apostolo tribuitur, Diacono dandum fuisse, nimirum matrimonio addictum, quatuorq̃ provocasse filias. et fortasse aliqui ex assertoribus talis coniugij, licet Apostolum nominent, non unum ex duodecim intelligunt, sed Discipulum Domini, et Evangelij promulgatorem: sæpe enim unus ex pygallegatis (Eusebius Cæsariensis) Apostoli nomine ambigue utitur: et quemadmodum ob Evangelij prædicationē Sanctus Philippus Diaconus dictus Evangelista (ut bene notat Gaspar Sanctius in commentar. in cap. 21m. Actuum) ita potuit et

S. Philippus unus ex 7. primis diaconis coniugatus

S. Philippus Diaconus Evangelista dictus, et qua de causa.

á Patribus Apostolus appellari. Porro Evangelistam Vocatum patet Actuum 21°. et habuisse filias. // Alia autem die profecti Venimus Cęsaream, et intrantes domum Philippi Evangelistę, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filię Virgines prophetantes. // Quem certe, nō autem Apostolum filias habuisse, iure ex isto capite asserunt Alphonsus Salmerō in Commentar. in Acta Tract. 5°. Lodinus in Commentar. in eadem Acta cap. 8°. et 21°. Severius Dom. 1°. Opusculor. Opusculo de Apostolis in S. Philippo. Adde quod Apostolico nomen alijs aduodecim tributum est, nam præter Sanctos Paulum, et Barnabam, idem S. Paulus Andronicum, et Juliam, sive Juniam (ita enim legendum cum Vaticano Codice) Apostolos Vocat 16°. ad Romanos. // Salutate Andronicum; et Iuniam cognatos, et concaptivos meos, qui sunt nobiles in Apostolis. // et

S. Philippus Diaconus quatuor habuit filias prophetantes Virgines.

Apostolico nomen a Xpō aduodecim tributum.

S. Paulus Apostolus.

S. Barnabas Apostol.

SS. Andronicus, et Iunias Apostoli.

S. Epaphroditus Apostolus.

Epaphroditum ad Philippens. 2°. // Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem, et coadjutorem, et commilitonem meum, Vestrum autem Apostolum. // S. Martialis Lemovicensium Episcopus in Epistolis (si modo Martialis sunt, quæ ipsius nomine circumferuntur, dubitat enim inter Bellarminus) se ipsum Apostolum dicit in 1ª. ad Burdegalenses // Martialis Servus Dei, et Apostolus Jesu Christi. // et in 2ª. ad Tholosanos. // Servus Dei, et Apostolus Jesu Christi Martialis Cephas omnibus fratribus, qui sunt Tholosæ. //

S. Silas Apostolus.

Sanctum Silam Apostolum dici Beatus Hieronymus in Epistol. 143. ad Damasum in fine his Verbis docet. // Sciendum Silam collegam Pauli lingua Hebræa Apostolum dici, qui cum eo non nullas epistolas scripsit, et vitiose Sylvanus legitur pro Sila: cum Sylvanum in Apostolorum Actis non legamus. // Hæc ille. Græci tamen diversum faciunt Sylvanum à Sila,

num à Sila, ita enim in suo Menologio 30. Julij. // Silas, et Sylvanus Apostoli // nam et complures alios Apostolorum condecorant nomina, Philippũ nempe prædictum Diaconum. 11. Octobris // Philippus Apostolus unus ex septem Diaconis, // Lucam, et Marcum Apostolos, et Evangelistas: Sanctos Stephanum, et Hermiam Apostolos Vocant. Vide Theodoretum in Comment. Epist. 1ª. ad Timotheum. cap. 3º. Nullum vero Apostolorum coniugatum fuisse excepto. S. Petro affertor est Sapientissimus æque, ac Sanctissimus Doctor Hieronymus lº. 1º. adVersus Jobinianum cap. 14º. // Quanquam excepto Apostolo Petro, non sit manifeste relatum de aliis Apostolis, quod uxores habuerint: et cum de unoscriptum sit, ac de cæteris tacitum, intelligere debemus sine uxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale Scriptura significet. // Quæ cum ita se habeant; dicendum nobis erit procul dubio et cælibem etiam fuisse S. Matthiam; si e

S. Philippus Diaconus Apostolus.

SS. Lucas, et Marcus Evangelistæ Apostoli dicti.

S. Stephanus Apostol.

S. Hermias Apostol.

S. Matthias cælebs.

nim non fuisset, ut de Petro dictum est, et à nonnullis de Philippo diacono, fuisset quoq; de illo scriptum: Quin et Virginem credẽdum ex ipsius Hieronymi Doctrina ibidem.// Et quia ad Apostolos provocavit, quod Principes disciplinę nostrę, et Christiani dogmatis Duces Virgines non fuerint: ut eos interim Virgines concedamus non fuisse (neq; enim hoc pręter Petrum probari potest) etc.// Tenendum namq; merito est, fecisse Matthiam quod in suis docuit Traditionibus// Contra carnem (nimirum) decertãdũ, illaq; abutẽdum.

S. Matthias Virginitatem servavit.

Cum igitur tot ac tantis corporis, et animi dotibus pręditus esset Matthias: atq; ut in lege versatissimus, et prophetis expectaret (alter Simeon, consolationem Israël, cunctisq; gentibus desideratum: audita, quę per omnes Iudęę fines increbuerat, fama de Iesu Domini nostri Vita, Doctrina, et miraculis, et vel ex nomine ipso omen capiens, advenisse iam eum, qui sal

Vum faceret populum suum, omni postpos
sita mora Salvatorem audire, auditum q.
* sequi decrevit spretis Iaribus, opibus, cognatis, S. Matthias Christū
* amicis, et omnibus denique ijs, quę sibi possent D. sequitur.
impedimento esse, quominus optata fruere
tur Domini pręsentia, optatoq. sermone, quo,
Velut aurea catena innumerę piorum hominū
Vinciebantur aures, trahebantur Voluntates,
quales fabulosa, aut mystica pinxit antiquitas
ab Herculis Gallici pendentes ore. Credidit i
gitur B. Matthias, et reputatum est illi ad Ius
titiam. Videns quandoquidem D. N. Iesus
Christus anno suę prędicationis tertio peracta
iam duodecim Apostolorum electione, quod
messis multa esset, operarij autem adhuc pauci,
statuit mittere operarios in messem suam, nec
primos duntaxat, sed complures alios. Igitur
ut ait S. Lucas cap. 10. // Designavit Dominus Septuaginta duorum
et alios septuaginta duos, et misit illos binos Discipulorum electio.
ante faciem suam in omnem civitatem, et lo

S. Matthias inter septuaginta duos designatus.

cum, quo erat ipse Venturus. // Designatum inter hos Matthiam gravissimorum constat testimonio Scriptorum Eusebij Cæsariens.* Sophronij*, SS. Epiphanij*, Isidori,* Dorothei*

* Euseb. Eccles. hist. l. 1. c. 12. -
* Sophron. in Catalog. Script. Eccl. -
* Epiphan. in Pan. l. 1. Tom. 1. -
* Isidor. de Vita et morte Sanctorū. -
* Doroth. in Synop.

q. Dubium tamen est an Septuaginta tantum, an Vero Septuaginta duo fuerint hi Discipuli: de quo ambigi non posset, si in Evangelici textus Codicibus nulla reperiretur Varietas, ut reperitur, maxime in Græcis, dum alij habent „ Septuaginta duos „ alij Vero „ Septuaginta „ ut et habet Syrus // Post hæc secrevit Ieschua è discipulis suis alios Septuaginta // Ita etiam habent in suis translationibus Erasmus, et Arias Montanus. Revera tamen antiqui fere omnes „ Septuaginta duos „ legunt. S. Anacletus Pontifex Epistola 2ª. Decretali, et Epistola 3ª. S. Clemens Romanus Constitutionum l. 2. cap. 59. S. Zephirinus Papa Epistola 1ª. S. Hippolytus Martyr, qui librum edidit de Septuaginta duobus Discipulis. Tatia

An Septuaginta duo, vel Septuaginta dum taxat Discipuli.

nus in sua Evangelica harmonia. Fabianus Alexandrinus in sua. S. Hieronymus in Comm. in Lucam cap. 10. S. Augustinus Quæstionum l°. 2°. cap. 14°. S. Epiphanius in Panario l°. 1°. cap. ultimo. S. Isidorus de Vita, et morte Sanctorum. Beda in Lucã. cap. 10°. Amon. in Concord. Evangelior. et plurimi recentiores. Quamvis idem S. Hieronymus in Epistola ad Fabiolam de quadraginta duobus mansionibus, quæ est 127. in ordine, dicat. // Iuxta has aquas septuaginta creverũt palmæ, quos et ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores Luca Evangelista testante duodecim fuisse Apostolos, et septuaginta Discipulos minoris gradus. // Tot etiam referunt S. Irenæus l°. 2°. cap. 37°. et l°. 3. cap. 13°. S. Evodius Episcopus Antiochenus. Eusebius Cæsariensis l°. 1°. Ecclesiast. historiæ cap. 14°. Dorotheus in Synopsi. Recensent Euthymius, Theophilactus in Evangelia. Nicephorus Callistus Ecclesiasticæ hist. l°. 1°. cap. 21°. Antiquus

ac pius Poëta Sedulius Carminis Paschalis
2°. 3°.

Ne Ve redundantem cumulato germine messem
Exiguis Dominus sineret languere colonis,
Discipulos alios, quorum mens conscia recti
Puraq. simplicitas numero, meritoq. refulgens
Aurea libra fuit, Velut agnos præcipit inter
Sanguineos properare Lupos.

Ex recentioribus Vero Caietanus in dictum Ca
put Lucæ. 10m. male illud addens. // Superfluit
dictio „ duos „ quis autem ipsam addiderit tam
hic, quam inferius, nescimus. // paucissima Vi
derat exemplaria proculdubio, sicut et Eras
mus, qui interpretem nostrum miratur, quod
de Septuaginta discipulis fecerit septuaginta
duos: nam Vel ex ipsis Graecis codicibus Vati
canus quidam habet „ Septuaginta duos „ ut et
alter Lugdunensis Vetustissimus. Sed hodie,
meo iudicio, nullus dubitationi relinquitur
locus cum Vulgatus Bibliorum Vaticanus Codex,

Discipuli Septuaginta duo.

á quo relatum quidem, ut aiunt, unguem re
cedere fas est, Septuaginta duos legat. Cur autem Cur Septuaginta
Septuaginta duos designaverit Dominus, duplex duo Discipuli.
affertur ratio. Prima ex S. Augustino, qui lo.
Evangelicarum Quæstion. 2°, cap. 14°. // Sicut
(inquit) Viginti quatuor horis totus orbis pera
gitur, atq; á Sole illustratur; ita mysterium il
luminandi orbis per Evangelium Trinitatis in Sep
tuaginta duobus Discipulis intimatur. Viginti
quatuor enim ter in Septuaginta duobus ponimus. //
hæc ille. Secunda ratio est Venerabilis Bedæ
in Lucam 10m. 5°. dicentis; Ideo á Domino elec
tos duodecim Apostolos, et Septuaginta duos
Discipulos, ut numerus prædicantium Evange
lium apte responderet duodecim Tribubus Isra
el, ac Septuaginta duobus Orbis totius gentibus,
et linguis. Quæ quidem ratio (licet improbata Septuaginta duæ gentes
ab Erasmo Septuaginta duas linguas irridente et linguæ.
contra S. Augustini autoritatem lo. de Civitate
Dei 16. cap. 6°. // Ex illis igitur tribus hominibus

Noë filijs Septuaginta tres, Vel potius, ut ratio declarata est, Septuaginta duę gentes, totidem q. linguę per terras esse cœperunt, quę crescendo et insulas impleverunt. // et SS. Hieronymi in Matthęi caput. 26m. Epiphanij in Panario l°. 1°. Tom. 1°. non longe ab initio. Prosperi l°. 2°. de Vocatione Gentium, qui forte illud accepere ex Antiquissimo Arnobio ita asserente in Psalm. 104m. ut et asserit Eucherius in Genesim l°. 2°. cap. 7°. licet Hebręi Septuaginta tantum fuisse linguas dicant autore Genebrardo l°. Chronol. 1°. A.M. 1758°.) Confirmatur certe eiusdem Augustini testimonio l°. 1°. cap. 9°. de Mirabilibus Sacrę Scripturę (si modo Augustini labor ille) dum ait // Sic Apostolica humilitas Spiritus Sācti munere colligebat, quod superba pręsumptionis, et Vanę glorię cupido disperserat: linguas autem illas Septuaginta duas esse, plurimi autores consentiunt, quia in Ędificationem turris illius in Terra Sennaar, quę nunc est Babylon,

tot partes congregatas fuisse dicunt. Vnde et Dominus Septuaginta duos discipulos, exceptis illis primarijs Apostolis, elegisse, sermone Euã gelij refertur, per quos postea in omnes gentes i dem Euangelium prædicaretur. In quorum præ figuratione etiam ipse Spiritus Moysi in septu aginta Senioribus distribuitur: et alijs duobus, qui in castris residebant, Eldad videlicet, et Medad eius Spiritus prophetiæ donum con donatur. // Adhuc autor libri Mirabilium Sa cræ Scripturæ. In cuius verbis et confirmari vi demus proportionem ad æqualitatem numeri Dis cipulorum, et linguarum: ac Seniorum etiam, quos iubente Deo elegit Moyses in sui ipsius ad iutores, et Israëlitici populi Magistros, ut habetur Numeror. 11°. // Congrega mihi (inquit Dominus) Septuaginta Viros de Senioribus Israël, quos tu nosti, quod Seniores sint, ac Magistri, et du ces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecum, ut recumbam, et loquar

Septuaginta duone an septuaginta tantũ fuerint Seniores a Domino electi in adiutorium Moysis.

tibi, et auferam de Spiritu tuo, tradamq; eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris. etta // et paulo post. // Venit igitur Moyses, et narravit populo Verba Domini congregans septuaginta Viros de senibus Israël, quos stare fecit circa tabernaculum. Descendit q; Dominus per nubem, et loquutus est ad eum auferens de Spiritu, qui erat in Moyse et dans septuaginta Viris, cumq; requievisset in eis Spiritus, prophetaverunt, nec ultra cessa verunt. Remanserant autem in castris duo Viri, quorum unus vocabatur Eldad, et alter Medad, super quos requievit Spiritus, nam et ipsi descripti fuerant, et non exierant ad tabernaculum. Cumq; prophetarent in castris, cucurrit puer, et nunciavit Moysi dicens. Eldad, et Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, et electus ex pluribus ait. Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, quid, inquit, æmularis prome? quis tri

buat, ut omnis populus prophetet, et det ei Dominus Spiritum suum? // Fuisse itaq. præ figuratam Septuaginta duorum Discipulorum electionem in Septuaginta duobus Senibus à Moyse electis, iure potuit opinari Augustinus, seu quis est autor operis prædicti Mirabilium Sacræ Scripturæ. ut. scripsit Iansenius in Evangelia, cui consentiunt etiam Salmeron in Evangelic. Histor. Tom. 4°. parte. 3ª. Tract. 13°. Baronius Tom. Annal. 1°. An. D. 33°. licet contrarium mordicus teneat Sebastianus Barradas in Commentar. in Evangelia Tom. 3°. l°. 2°. cap. 9°. assentiens cum Abulensi n°. 11. q. 56. Septuaginta tantum fuisse seniores eligi iussos a Domino, et electos a Moyse, ut Sacra testatur pagina, quod si Eldad, et Medad prophetarint etiam, accidisse id, quia et ipsi erant in illum Septuagenarium adscripti numerum, ut ipsa met docet littera // Nam et ipsi descripti fuerant. // Sed hoc certe suam non astruit sententiam

quis enim prohibet, describi, aut in album re-
ferri candidatos plures, eligi pauciores: imo
frequentius nihil. Septuaginta quidem Viros
iussos eligi a Deo, fateor: Septuaginta electos
a Moyse, et ad tabernaculum ductos, et super
hos Septuaginta ad Tabernaculum stantes
descendisse Spiritum Domini, apertè docet idem
Spiritus ibi // Congregans Septuaginta Viros de
senibus Israël, quos stare fecit circa Tabernacu-
lum. // Ergo Eldad, et Medad alij erant à
Septuaginta: quandoquidem congregatis septu-
aginta iuxta Tabernaculum, ipsi remanserãt
in castris: Adde, quod si Eldad, et Medad fuis-
sent ex numero Septuaginta Virorum electorũ
a Moyse, nequãquam dixisset Iosue: // Domine
mi Moyses prohibe eos. // Quæ enim maior ra-
tio prophetandi penes alios duos de Septuaginta,
quam penes hos duos? si, quia non Venerant
ad Tabernaculum; dicave poterat, iube eos non
prophetare, nisi Venerint, Vel, quod non Venerint

ad Tabernaculum. Sed certe dicere Voluit. Tu iussus es eligere Septuaginta Seniores in Magistros, et Prophetas: iam hi adsunt prophetantes, quare alij munus usurpant illorũ, prohibe eos. iube ne prophetent. Convincitur certe ex toto textu Sacro, Septuaginta Viros electos à Moyse iussu Dei, et alios duos, quibus Septuaginta duorum expletus est numerus, ab ipsomet electos Deo. Neq. assentiri possum Petro Comestori in Scholastica historia Numer. cap. 14. dicenti. // Electos itaq. Septuaginta Viros duxit Moyses ad ostium Tabernaculi præter duos qui in castris remanserant non ex contemptu, sed quia reputabant se indignos, quorum unus Vocabatur Heldad, et alter Meldad. // Hoc enim est, meo iudicio, Vim facere textui sacro, qui, ut toties repetitum, Moysem septuaginta Viros ad Tabernaculum stare fecisse affirmat, omnes q. prophetasse, præter eos vero Eldad, et Medad, qui in castris remãserant.

Septuaginta duo seniores electi.

Opinio Comestoris circa seniorum electionem explossa.

Mihi namq;. Verisimile non fit Moysem à Domino iussum congregare ad ostium Tabernaculi Septuaginta, passurum fuisse, ut quavis ex causa mandatum Divinum non adimpleretur: cum precipua obedive Deo Vera humilitas. Namq;. Verum hoc suspicor, quamquod idem Comestor ex Hebreorum traditione refert, Eldad nimirum et Medad fratres fuisse Moysis ex matre contra S. Hieronymi sententiam in Quæstionibus Hebraicis primi Paralipomenon (si modo liber ille Hieronymi) qui ex eorundem traditione fratres Moysis, non ex matre, sed ex patre, scripsit: ex falsa tamen traditione utrq;, ut bene probat Torniellus in Annalibus Sacris An. ab. O. C. 2545. num. 84. licet minus bene teneat numero antecedenti, Eldad et Medad ex Septuaginta electis à Moyse, nescio qua de causa cum ceteris ad Tabernaculum non venisse. Credo itaq; cum autore libri Mirabilium Sacræ Scripturæ,

Eldad, et Medad fratres fuisse Moysis ex Hebreorum traditione, minime Verum.

cum Iansenio, Salmerone, Baronio, et alijs eam Seniorum congregationem septuaginta duorum fuisse: Indeq; initium sumptisse apud Iudeos collegium illud Senatorum, et Iudicum, sive concilium, consessum, conventum, aut curiam Synedrin, seu Sanhedrin, aut Senedrin, vel Synedrium, συνέδριον, Graeco nomine dictum, sicut apud Macedonas, Senatores, qui publicae rei curam gerebant, Synedri appellati: Livius 1°. hist. 45°. // Macedonum rursus ad Vocatum concilium: per nuncium, quod ad Statum Macedoniq; pertinebat, Senatores quos Synedros Vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur. // Initium porro sumpsisse Iudeorum Synedrium ab electione Seniorum per Moysem facta scribere Burgensis super Numerorum cap. 11m. Galatinus 1°. 4°. de arcanis Fidei, Arianus Pseudo Philo apud Pererium in libro de benedictionibus duodecim Patriarcharum. num°. 48°. et Torniellum dicto anno. num°. 55°.

Synedrium, septuaginta duorum iudicum concilium apud Hebraeos.

Synedrion Graecum nomen.

Synedri Macedoniae magistratus.

Synedrium ab electione septuaginta duorum Seniorum initium sumpsisse.

Septuaginta duos electos a Moyse ex sola Tribu Iuda fuisse.

Synedrium ex solis Viris de Tribu Iuda constitisse, non verũ.

Quamvis certum non sit (quod aliqui ex prædictis tenent) ex Tribu Iuda electos Septuaginta Seniores à Moyse, et procedente etiam tempore continuata serie de eadem Tribu electos usq. ad Herodis Ascalonitæ regnum, à quo occisis omnibus qui Synedrio interverant, illud delectum, numerumq. ex proselytis supplerum ab ipso: ita enim Pseudo Philo, et Thalmud apud Genebrardum lo. Chronolog. 2o. A. M. 4084. Summam itidem apud Synedrium fuisse auctoritatem, potestatem q.. Nam negt. Synedrium constabat ex Septuaginta solum Viris, ut volũt prædicti, negt. ex Septuaginta et uno, ut Salmeron Tom. 4o. in Evangelia. tract. 42. Genebrardus lo. et anno dictis, alij q. sed ex Septuaginta duobus, ut volunt idem parum sibi constans Genebrardus ibidem, et Baronius Annal. 1o. Negt. à Moyse electi ex Tribu duntaxat Iudæ, sed ex reliquis etiam dicto cap. 11. Numerorum. // Congrega mihi Septuaginta Viros de Senibus Is-
rael. //

raël // Neq. tempore procedente ex sola illa Tribu: certum enim est ex summo Sacerdote, et aliquibus alijs minoribus constitisse Synedrium: At hi ex Tribu Levi, non certe ex Tribu Iuda, quanvis reliqui essent, imo et suspicari licet vel omnes, vel fere, Sacerdotes fuisse ex Deuteronomij cap. 17°. sed et l°. Paralipom. 2°. cap. 19. ita legimus. // In Ierusalem quoq. constituit Iosaphat Levitas, et Sacerdotes, et Principes familiarũ ex Israël, ut iudicium, et causam Domini iudicarent habitatoribus eius. // Neq. continuata serie perdurare potuisse ad Herodis regnũ inter tot bella, captivitates Iudæorum, Provinciæ desolationem, nemo non videt. instauratum tamen aliquoties perdurasse usq. ad Ierosolymorum excidium, patet ex plurimis novi testamenti locis, in quibus de Concilio Iudæorum actum: sicut ex Iosepho patet, universos cum ipsomet Hircano Pontifice, et Rege Synedrij Iudices, uno dempto, ab Herode interemptos, ita ille l°. 14. Antiquitat. cap. 17°. //

Quandiu Synedrium steterit.

Herodes Synedrij iudices cũ Hircano sustulit.

Nam Herodes regnum adeptus omnes illos iudices, et Hircanum ipsum sustulit excepto uno Samea. // Quis scit an Sameas hic, Evangelicus Simeon? nomen non multum discrepat, cognomen nihil: Iusti merito tulit Simeon, ut Vidimus iam, de Samea ita idem Iosephus ibidem. // Tum unus quidam Sameas nomine, Vir Iustus, et ob hoc in Victus terroribus, assurgens sic exorsus est. // Coeterum ad Synedrium redeamus, quod Herodis crudelitate pene, non tamen omnino sublatum fuit. Eius autem autoritatem, potestatem q̃ summam ille credet, qui Sacros nunquam legerit libros, exijs enim liquet pro temporũ Vicissitudine penes diVersos fuisse potestatem supremam: penes Iudices primo: deinde penes Reges: postea penes Sacerdotes summos, quibus successere iterum Reges, ac Romanorum ultimo magistratus. Magna tamen procul dubio concilij illius, dum stetit, autoritas, ad illud siquidem pertinebat cognoscere de lege, omni

Apud quos suprema potestas in Hebræorũ Republica.

bus q. ipsam quoquo modo spectantibus, ex dictis libro, et cap. Paralipomenon; quin et de Rege quodammodo. ut colligi potest ex Josephi loco præallegato, ubi de causa Herodis coram Hircano, et Judicibus agitata, nec non ex dicto Paralipom. loco. Consule Torniellum in Annal. Sacris An. 2545°. num°. 55. Serarium Opusculor. Tom. 1°. in Rabbinis duobus l°. 1°. cap. 18. ubi plura de Sanhedrio: cuius ordinis primus, et antiquior, licet inferior Summo Pontifice, Princeps tamen Sacerdotum dicebatur, si credimus Baronio Annal. 1°. Anno D. 31°. 34. bis, et 58. ubi sic. //

Synedrij autoritas

Meminisse debemus, quæ et ibidem, et alias præfati sumus: non tantum Summum Pontificem interesse consuevisse, primum q. locum sibi vindicasse post septuaginta illos duos, sed et summum Magistratum illum, qui præesset concilio, dictus Princeps Sacerdotum et ipse, tenuisse principem locum: sic q. hos duos Summum Sacerdotem, et Principem Sacerdotum se habuisse

Princeps Sacerdotum qui Synedrio præerat. ex Baronio.

Princeps Sacerdotum alius a Summo Sacerdote, sue Summo Pontifice ex Baron.

Ordo sedendi in Synedrio.

eo consessu, ut olim in prima institutione ipsius Moysem, et Aaron: non sic tamen ut ante Summum Sacerdotem Princeps Sacerdotum assideret, sed duobus consessibus dispositis in utrisq; lateribus quisq; horum primo loco sederet // Sed et antea .31. anno // Sicq; Anna cum esset eiusmodi collegij Princeps, merito fiunt et Caiphas Princeps Sacerdotum dicebatur, licet utriusq; functio esset omnino distincta // et quando post // Videas insuper in Evangelio, cum causa Christi ageretur, ac subinde de Vero Propheta questio esset: an ille ipse Christus esset: eundem primo ad Annam, tanquam ad Principem Sacerdotum illius collegij, esse perductum, ac demum ad Caipham, sine cuius assensu sententia ferenda non erat. Videas etiam apud Acta Apostolorum, cum de Lege esset iudicium; nimirum de Fide Christi, quam profitebantur Apostoli, in eo consessu primo loco nominatum Annam, inde Caipham,

Ad Annam Principē Sacerdotum, antequā ad Caipham Pontificē ducitur Iesus, eo quod questio esset de lege et propheta.

Sine Summi Sacerdotis assensu Synedriū decernere non poterat.

postea iuxta consessus ordinem Ioannem, Alexandrum, ac coeteros. // Et anno sequenti. 34. Videlicet. // Primo ad Anam ducitur, non quod ipse esset summus Sacerdos (eo quippe Caiphas munere fungebatur) sed (quod diximus superius anno quintodecimo Tiberij Imperatoris, ac fusius de eadem re disputavimus) quoniam tunc Ana prefectus erat magno Concilio Septuaginta duorum Seniorum, quod Sanedrin appellabant, cuius ius, et officium erat, de Propheta atq. Doctrina cognoscere, et iudicare. Unde Ana Pontifex ex officio Christum interrogabat de discipulis eius, atq. Doctrina. Cum autem responderet Iesus, se nihil usquam in occulto esse locutum, sed palam docuisse populum: hac dicendi libertate in deteriorem partem accepta, unus ex ministris inflixit alapam Iesu. At quoniam non erat liberum Anę absq. magno illo Concilio causam iudicare, ac ferre sententiam, misit Iesum ligatum ad Caipham Summum Sacerdotem,

apud quem comitia haberentur. // At circa hoc
Vide Lorinum in Actuum caput 4.m Versiculo
5.o et 6.o An etiam Princeps Sacerdotum, qui
Concilio praeerat, quia ante Hierosolymitani
excidij tempora duo semper erant Rabbini,
quorum unus „Nasi„ seu Princeps: alter „Abbath
din„ idest, pater Iudicij; Vel etiam „Rosch has
sanhedrin„ idest, Synedrij, seu Concilij Princeps,
qua dere legendus Serarius dicto Opusculor.
Tom. 1.o in Rabbinis duobus l.o 1.o cap. 7.o Sed de
Synedrio plus satis. Ad ipsius Vero numeri ex
emplum fortasse postulati à Ptolomaeo Phila
delpho Rege, et à Pontifice Eleazaro missi sep
tuaginta illi duo Viri, sex Videlicet ex unaqua
q. tribu, qui Sacros Codices in Graecam Verte
runt linguam divino afflati numine, ut re
fert Iosephus l.o Antiquitat. 12. cap. 12.o Quod
si Vulgo Versionem Septuaginta dicimus,
id certe brevitatis gratia fit, et ut rotundior
appareat numerus; quemadmodum olim

Praesidum Concilij Sanhedrin, vel Synedrij nomina apud Hebraeos.

Interpretes Sacrorum Codicum ab Eleazaro ad Philadelphum missi Septuaginta duo, licet rotundioris numeri gratia Vulgo 70. interpretes dicantur.

apud Romanos Collegium Centum Virum Litibus iudicandis dicebatur, licet constaret expluribus. Festus Pompeius // Centumviralia iudicia à Centumviris sunt dicta. Nam cum essent Romæ triginta, et quinq; Tribus (quæ et Curiæ dictæ sunt) terni ex singulis Tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumviri appellati sunt: et licet quinq; amplius, quam centum fuerint, tamen quòd facilius numerarentur, Centumviri sunt dicti. Centumviralia iudicia, quæ Centumviri iudicabant. // Et Homerus, quem sequuti deinde Poëtæ cæteri, mille Græcorum naves Troiam adnavigasse dicit, cum tamen si Catalogum illarum apud ipsum spectes, longe plures deprehendas. Notandumque q; obiter Septuaginta duos Discipulos, quos S. Lucas à Christo D. N. designatos scribit, ab Apostolis iussu Domini electos primum, deinde à Magistro cõfirmatos, ut notant Salmeron in Evangelic. hist. Tom. 4°. Tract. 3°. Barradas

Centum Virum Collegium Romæ.

Centumviralia iudicia.

Homerus mille naves Troiam petiisse dixit, cum longe plures fuerint.

Septuaginta duos Discipulos ab Apostolis iussu Domini electos primũ, deinde ab ipso confirmatos.

in Concord. Evangelist. Tom. 3°. l°. 2°. cap. 9°.
et quidem ab Apostolis electos probant duorũ
Sanctissimorum Pontificum testimonia Anacleti
in Epistola 2ª. Decretali dicentis. // Videntes
autem ipsi Apostoli messem esse multam, et
operarios paucos, rogaverunt Dominũ messis,
ut mitteret operarios in Vineam suam. Inde
electi sunt ab Apostolis Septuaginta duo, quo
rum typum gerunt presbiteri. // et in Epist. 3ª //
Cum vero messis coepisset crescere, Videns Do
minus paucos esse operarios, ad eorum adiumẽ
tum Septuaginta duos eligi praecepit Discipulos. //
Nec non et Zephirini Epistola 1ª. // Qui mino
ri non sint numero, quam illi Discipuli fue
runt, quos Dominus ad adiumentum Aposto
lorum eligi praecepit, idest Septuaginta duo. //
Nomina autem eorum maxima quidem ex
parte obliterata sunt, nam licet Dorotheus in
Synopsi (non quidem ille Tyri Episcopus, et
Martyr, cui falsò ascribitur Hudopus, ut

Septuaginta duorum Discipulorum nomina maxima ex parte obliterata.

bene adnotarunt Baronius,* et Bellarminus*, sed Abbas quidam Romanus recentior) proprio unumquemq. recenseat nomine, non ideo certiores nos reddit, cum opus illud totum quamplurimis scateat mendis, ut vel illo duntaxat argumento convincitur, quod Cesarem inter Discipulos nominet ex eo quod S. Paulus. 4°. ad Philippens. dicat. // Salutant vos omnes Sancti, maxime qui sunt de domo Cesaris. // non intelligens agi ibi de ijs, qui in domo Neronis Imperatoris erant, nam ille solus Cesar: quis scit an de Seneca nostro? At bono illi viro solum curæ fuit, nullo habito delectu, eos inter Discipulos nominare, quorum S. Paulus meminit in Epistolis, idq. tanta cum oscitantia, ut ex mulieribus viros reddiderit, quin et Episcopos, ex Evodia enim, cuius mentionē fecit Apostolus ad Philippens. 4°. Evodium Antiochiæ Episcopum; ex Iunia, cuius ad Romanos. 16. Iuniam Apamiensem Episcopum.

Dorothei lapsus in Synopsi.

Quorundam Discipulorum nomina.

S. Epiphanius quosdam ex eis nominat in Panario l°. 1°. Tom. 1°. in fine. // Demisit porro. et alios septuaginta duos ad prædicandum ex quorum numero fuerunt septem viduis præfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, et Nicolaus. ante hos vero Matthias, qui huic loco connumeratus est inter Apostolos. Post hos autem septem. et Matthiam ante ipsos Marcum, Lucam, Iustum, Barnabam, et Appellem, Rufum, Nigrū, et reliquos septuaginta duos. // Quod iterum repetit idem in Anacephaleosi ijsdem pene verbis. Eusebius Cæsariensis hinc inde aliquorum episcopus est nomina Barnabę, Sosthenis, Cephę discipuli à Petro, Matthię, Iusti, Thadæi, seu Iatthęi, Ecclesiastice hist. l°. 1°. cap. 14°. libro vero 3. cap. 39°. ex Pappia antiquo Theologo Ioannis Evangelistę auditore Aristionem, et Ioannem alium ab Evangelista recenset. Quibus videtur Baronio* addendus Ananias

ex Actis Apostolicis *. // Erat autem quidam Discipulus Damasci nomine Ananias. // Cæterorum ignorantur nomina. Eusebius Cæsariens. lº. 2º. 1º. cap. 14. Ecclesiasticæ hist. // Septuaginta Verò Discipulorum Vocabula nusquam quidem reperimus Scripta. // Quò magis falsi convincatur autor libelli Dorotheo Tyrio Martyri Episcopo, sibe Presbitero perperam ascripti, ut diximus. Non tamen ignoratur omnes illos, ut et Apostolos edidisse in nomine Jesu miracula, quibus suæ prædicationis, et fidei astruerent Veritatem. Constat ex Lucæ 1º. // Reversi sunt autem Septuaginta duo cũ gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. // Negè ignoratur fuisse Baptizatos à Sanctis Apostolis Petro, et Joanne: Eodius apud Nicephorum Callistum Ecclesiasticæ hist. Lº. 2º. cap. 3º. // Porro divinus Eodius, qui et ipse Apostolorum successor fuit, in Commentarijs suis, præcipue autem in Epistolo

* Act. cap. 9. —

Discipulos miracula edidisse in nomine Jesu.

la, quam lumen inscripsit, hæc quoq; posuit.

S. Petrus a Christo D. Baptizatus.

Christus, inquiens, manibus ipse suis tantum modo Petrum baptizabit. Petrus porro Andream, et filios Zebedæi: Ii deinceps reliquos Apostolos. Septuaginta autem illos Petrus, et Ioannes Theologus dicitur, Baptizarunt.

SS. Andreas, et filij Zebedæi Baptizati a S. Petro.

Discipulos omnes SS. Petrus, et Ioannes baptizarunt.

Tenendum igitur erit Matthiam nostrum ab altero eorum Petro videlicet, aut Ioanne baptismate ablutum: et miracula etiam edidisse antequam in Apostolicum cooptaretur collegium.

S. Matthias a S. Petro vel S. Ioanne Baptismum recepit.

DE VITA ET GESTIS BEATI MATHIÆ apostoli.

LIBER SECVNDVS.

Peractis deinde Dominicæ prædicationis, passionis, resurrectionis, et in cœlum ascensionis mysterijs, quibus interfuisse Beatum Matthiam extra controversiam esse debet, testante apud Lucam Actuum i. Apostolorum Principe, ut mox videbimus. Cum Ecclesiæ ob Domini absentiam, et proditoris Apostoli perditionem afflictatæ consultum vellet Petrus, cuius curæ commissi erant fideles Apostoli (ut aiunt Chrysostomus, et Rumenius) congregatis in cœnaculo undecim Apostolis, et discipulis plurimis // In diebus illis (qui nimirum interciderunt inter ascensionem Domini, et Pentecostem) exsurgens (idem) Petrus in medio fratrum dixit.

electio S. Matthiæ in Apostolum.

erat autem turba hominum simul fere centum
viginti. // Aderat etiam et Beatissima Virgo
Maria Domina Nostra, ut videtur colligi
ex textu, in quo immediate ante legitur, cum
Apostolis Mariam, et mulieres in coenaculo
extitisse perseverantes unanimiter in oratione.
Et Carthusianus cum Chrysostomo tenet surrexisse
se Petrum, ut in primatu modestiam ostende
ret, et reverentiam condiscipulis exhiberet,
ac Beatæ imprimis Virgini. Quod etiam
consuetum fuisse agi in ipso statim ingressu
lectionis, concionis, aut orationis, vel potius
immediate ante varijs alijs de causis tenent
Hugo Cardinalis, et Lyranus. et quidem facti
tatum antiquitus legimus Esdræ 1°. cap. 10°. //
Sedit omnis populus in platea Domus Dei
tremens pro peccato, et pluvijs, et surrexit
Esdras Sacerdos, et dixit ad eos. // Fecit idem
Dominus, ac Servator noster Isayam interpre
tatus Luc. 4°. // Et venit Nazareth, ubi erat

Beatissima Virgo adfuit electioni Matthiæ.

Oratores surgere antiquum.

nutritus, et intrabit secundum consuetudinem
suam die Sabbathi in Synagogam, et surrexit
legere, et traditus est illi liber Isayę prophe
tę. // et paulo post // et cum plicuisset librum
reddidit ministro, et sedit // Idem legimus
Actorum 5°. de Gamaliele in Concilio Verba
faciente, ac de Iudęis. 6. et. 15°. ac sex
centis aliis locis: Ita et Agamemnonem in
Concilio Græcorum oratorum depingit Home
rus, surgentem primum: ita Drancem in La
tinorum Concilio Virgilius Æneid. 11°.
Surgit, et his onerat dictis, atq; aggerat iras.
Ita et Telamonium Aiacem cum Ulysse in
dicio contendentem de Achillis armis describit
Naso Metamorph. 13°. in initio.
Consedere duces, et vulgi stante corona
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax.
Cicero 2°. de Oratore // Sed hominem diser
tum, atq; eruditum Philippum, qui ita solet
ad dicendum surgere, ut quod primum

Verbum habituus sit, negciat. // et Pro Cluentio. // Hic ego cum ad respondendum surrexi, qua cura Dij immortales. etta // Sed pro grediamur ad electionem Matthiæ ijsdem? Evangelistæ Lucæ Verbis*, quibus enim me liùs, aut aptius acta electionis referri queant? // Exsurgens (inquam) Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorũ, qui comprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita ut appellaretur ager ille Haceldema, hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: fiat commoratio eorum deserta,

* Act. cap. 1.

eorum deserta, et nouerit, qui inhabitet in ea. Et Episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, et exiuit inter nos Dominus Iesus incipiens à Baptismate Ioannis usq; in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscu fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: et Matthiam. Et orantes dixerunt. Tu Domine qui corda nosti omnium ostende, quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerij huius, et Apostolatus, de quo preuaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim Apostolis. // Hæc ita gesta eleganti descripsit carmine antiquus Poëta Epicus Arator Cardinalis in Actuum Apostolicorum l°. 1°. post multa de Beato Petro.

Surgit, et insinuans divina negotia, coram
Sic Venerandus ait: Nostis quam proditor amēs
Mercedem sceleris solvit sibi, tędia noxę
Horruit ipse suę, stringens in gutture vocem
Exemplo cessante ream, qui parte necari
Promeruit, qua culpa fuit: crimēq. retractās
Iudicio tali permisit membra furori,
Aeris ut medio communi poneret hosti
Debita poena locum: cœli terręq. perosus
Inter utrumq. perit, nullis cōdenda sepulchris
Viscera rupta cadunt: tenuesq. elapsus in auras
Fugit ab orbe cinis, non hęc vacat ultio Iudę:
Quæ suprema negat, vindictaq. mercis iniquę
Sic placitura venit. nam cū modo rura parasset
Funeris ex precio, cum nomine sāguinis emptus
Cespes, in externas componens busta favillas
De tumulis fœcundet humum, caret impius agri
Fertilitate sui, solusq. excluditur arvis
Quę monumenta ferunt, cuius tuba sęva cruētū
Est exorsa nefas, qui signifer oscula fingens
Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno.

Nunc opus est Vobis, quod Verba prophetica clamât
Quem liceat supplere vices. Tunc summa precantes
Constituere duos, Ioseph cognomine Iustum,
Matthiamq. Dei parvum, quod nomen, ut aiũt,
Hebræo sermone sonat, humilemq. Vocando
Comprobat. O quantum distant humana superni
Iudicijs, parvi merito transcendimur illi
Laude hominum, qui Iustus erat. Duo Zona
refulgent
Signa chori, terrisq. iubar iaculatur Olympi.

Verum enim Vero quando quidem electum
sorte Matthiam constat, necessum erit, quid
sortis nomine significetur explicare, ut enim
ait S. Maximus in Disputat. contra Pyr
rhum // Dicere, et non prius distinguere sig
nificata Verbi, nihil aliud est, quam omnino
confundere, et obscura relinquere ea, de quibus
quæstio est: quod quidem alienum est ab ho
mine rationis participe. // Sortis igitur de
finitionem, aut potius descriptionem talem
habet Cicero 2°. de Divinatione. // Quid e

Verbi significationem prius ostendi debere

Sors quid.

nim Sors est? idem propemodum quod mi
care, quod talos iacere, quod tesseras: qui
bus temeritas, et casus non ratio, nec consili
um valet. Tota res est in venta fallacijs, aut
ad quęstum, aut ad superstitionem, aut
ad errorem. // Dicta autem Sors (ait Varro
libro 4°. de lingua Latina) // Quod suum fit
Sorte // Vel á Serie: idem l°. 5°. de Serie a
gens licet desint quędam // Nam manu ad
serere dicit. Hinc etiam ipsi consortes, ad quos
eadem Sors. Hinc Sortes, quod in his iuncta
tempora cum hominibus, ac rebus. Ab his
Sortilegi: ad hoc pecunia, quę in fœnore, sors
est, impendium quod inter se iungat. // Ve
rum hæc meo iudicio parum ad rem. Sors
itaq́, Quod inopinató, ac fortuitó accidit,
non ratione, aut consilio. Benęq́. Sallustius
in Proœmio Iugurthini // Falsó quęritur
de Natura sua genus humanum, quod im
becilla, atq́ œvi brevis sorte potius, quam
virtute regatur. // Alij legunt // forte // nova

Sors unde dicta.

Sors quod inopinato, ac fortuito accidit, nõ ratione, aut consilio.

exemplo, sed nos cum emendatioribus „Sorte„.
Idem sensere Philo Iudeus in libro de Creatione Principis in initio. S. Ambrosius l.º 5.º Hexameron cap. 21.º S. Chrysostomus Homil. 2.ª: in illa Verba primæ ad Ephesios „In quo et nos Sorte Vocati sumus„ Atq.º ita fortuitam rem esse Sortem cum prædictis affirmabimus, licet contrarium conetur probare. C. V. Serarius in Iosue caput 7.m questione 18.ª nam ipsemet eodem loco, et clarius questione 20.ª Vel nolens fatetur, idem quandoq.º esse, Vel pro eodem accipi. Unde Poëtæ Cœcam dixere. Horatius l.º 2.º Satyrarum. Satyra 3.ª

= Cœca fluitantia Sorte.

Lucanus l.º 5.º

Casibus incertis, et cœca sorte pararent.

Tragicus noster.

Et Spes, et metus Sors cœca Versat.

Ignaram Ovidius. Metamarphos. 1.º

Primus amor Phœbi Daphne Penæia, quē non Sors ignara dedit. Sed Sæva Cupidinis ira.

Sors. cœca.

Sors ignara.

Sors improVisa. Improvisam. Claudianus de bello Getico.

Si reducem dominum Sors improVisa revexit.

„ReVinxit„ legunt alij, credo minus bene.

Sors incerta. Incertam: Lucanus l°. 2°. in prin°.

Sive nihil positum est, sed Sors incerta Vagatur.

Claudianus l°. 2°. de rapt.

Urna nec incertas Versat Minoia Sortes.

Sors infida. Infidam Silius l°. 15°.

Nec bona corripiunt, quæ Sors infida dedisset,

Atq; eadem rapuisse Valet.

Sors dura. Duram idem Silius l°. 13°.

Belligeros dura Gradivi Sorte creatos.

Sors iniqua. vid. Iniquam Virgilius Eneidos. 6.

Multa putans, Sortem q; animo miseratus iniquam.

et l°. 12°.

= et Turni Sortem miseratur iniquam.

Sors deterrima. Deterrimam Apuleius Asini Aurei l°. 4°. // Sed tam bellum consilium meum prÆVertit Sors deterrima. // Hoc proprie Sors. Improprie autem, et metaphorice Sortis nomen multifariam accipitur teste Festo. // Sors et patrimonium significat: unde consortes dicimus: et Dei

Sortis improprie dictæ significatio multiplex.

responsum: et quod cuiq. accidit insortiendo.//

Et quidem Patrimonium, aut hereditatem significare liquet ex Eneidos. 1°. Sors pro Patrimonio.

Non illi imperium pelagi, saevumq. Tridêtem,
Sed mihi sorte datum.

Ovidius Metamarphos. 2°.

Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
Equora decrescunt?

Iuvenalis Satyr. 13ª.

= Nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium.

Valerius Flaccus Argonautic. 1°.

Tuq. fretum, Divosq. pater sortite viformes.

Claudianus de Raptu l°. 2°.

Fratris linque domos, alienam desere sortem.

Ac proinde significat etiam situm, sedem, locumq. Manilius l°. Astronomicô. 1°. Sors pro Situ, sedeq.

Tertia sors undas stravit, fluctusq. natantes.

et. Proxima sors cygni, quem coelo Iupiter ipse
Imposuit.

et l°. 2°.

Atq. alijs aliæ succedunt sorte locoq.

et = At in Geminis equali bracchia sorte
Scribuntur connexa humeris.
Virginis in propriam descendunt illa Sortem.
et 2°. 3°.
Fortunæ sors prima data est.

Sors pro parte, aut portione.

sive, Partem, aut Portionem rei alicuius.
Virgilius Æneid. 9°.
= et prædæ ducere Sortem.
Ovidius Metamorph. 13°.
Nunc etiam prædæ malasors, quâ Victor Ulysses
Esse quam nollet.
et hæc tria significata frequentissima in Scriptura Sacra, paginæ præsertim antiquæ, sed in libro Iosuæ præcipue. Gene brardus in illud Psalmi 15°. // Funes ceciderunt mihi in præclaris //
// Funes Sors, sive hæreditas accidit mihi in præclaris in Deo, cuius possessione, et sorte nihil contingere possit præclarius. // et paulo post // Funes. Vocat hæreditatem, et portionem metaphora ab agris, qui funibus, vel pertichis mensurantur. Hinc inferius funiculus distributionis allusione ad Iosue 13. et sequentibus ca

pitibus, ubi terra Chanaan per Sortes in tribus dividitur. Harum autem Vocum congeries, partis, portionis, sortis, possessionis, hereditatis, finium eodem fere tendentium, et Deum Verum designantium ad auxesim pertinet. // Unde absq. dubio „Clerici„ qui Ecclesiæ Dei deservient. Beatus Isidorus 2o. Originum. 7o. cap. 12o. // Clerus, et Clerici hinc appellatos credimus, quia Matthias Sorte electus est: quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Clerus enim Græcè, Sors Latine, Vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt Clerici, quia de sorte Domini sunt, Vel quia Domini pârtem habent. // quæ Verba canonizata habentur in capite „Clerus„ 21. distinct. Unde et partem, portionem, ac summam pecuniæ, quæ in societatem, Vel fœnori datur, Sortis nomine significari, Videmus apud Varronem. Plautus etiam in Mostellaria

Quatuor quadraginta illi debentur minæ.
Et Sors, et fœnus tantum est.

Clerus Græce Sors

Clerici quia de Sorte Domini sunt, Vel Domini partem habent.

Sors pro parte pecuniæ, quæ in societatem Vel fœnori datur.

Idem ibidem.

D. Molestus fisum, reddite argentum, abiero.

Iv. Responsones omnes hoc Verbo eripit:

Sortem accipe. D. Imo fœnus: hoc primũ Volo.

Terentius in Adelph.

Hei mihi etiam de sorte nunc venio in dubium.

Martialis Lº. 5º. Epigram. 43.

Debitor usuram pariter, Sortemq; negabit.

Quod familiare Iurisconsultis, Papiniano in l. 24. D. de usu, et usu fructu legato. et in l. 58. §. Ante diem. D. Ad Trebellianum. Sq Volæ in l. penultima §. ante diem. D. ad legem Falidiam. Quin et (forsan quia pars quodammodo Patrum filij) Sors pro progenie Ovidius Fast. 6. de Iunone.

Sors pro progenie.

Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem

Fecit, Saturnii Sors ego prima fui.

Sortiri progenerare, Vlpianus in l. 3. §. 5. D. De bonorum possession. Contra tabulas // Si emancipatus filius uxore non ex voluntate patris ducta, filium fecerit sortitus. // Vel pro „generari„ aut „nasci„. Iuvenal. Satyr. 14ª.

Sortiri generare, aut generari, nasci Ve.

Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem.

Claudius Rutilius Numatianus Itinerarij l.o 1.

Foelices etiam qui proxima munera primis

Sortiti Varias obtinuere domos.

Hinc etiam Sors pro „ Conditione, et Statu „. Sors pro Conditione.

Horatius l.o Satyrar. 1.o Satyr. 1.a

Qui fit Maecenas, ut nemo quam sibi Sortem

Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa

Contentus Vivat.

Vnde Vulgatissimum illud, nemo sua Sorte

contentus Vivit. quod idem Poëta alio cecinit

modo l.o Epistolar. 1.o Epist. 14.a

Cui placet alterius, sua nimirum est odio Sors.

sed saepius apud ipsum Sortem pro conditio

ne Videbis. Carmin. 4.o Ode. 11.a

Telephum, quem tu petis, occupavit,

Non tuae Sortis Juvenem, puella

Dives, et lasciva.

Epistolar. 1.o Epist. 10.a

Laetus Sorte tua Vives Sapienter Aristi

Ovidius. Metamarph. 2.o

Sors tua mortalis, non est mortale, quod optas.

et l°. 9.

Utq. marem parias, onerosior altera Sors est.

Sors pro Conditione, idest pacto.

Sed revera hic „Sors„ non pro conditione, quę eadem cum statu, sed pro „Conditione„ sub qua pacisci, aut stipulari solemus: quo in sensu usus est Sortis nomine Propertius l°. 4°. in Fabula Tarpeię, Versu ult°.

O Vigil iniustę prę mia Sortis habes.

idest conditionis, et pacti nubendi Tatio regi.

At pro statu, conditioneq. Manil. Astron. 1°.

Sunt etiam rarę Sortis natalis euntes
Aera per liquidum.

Martial. l°. 7°. Epigram. 1°.

Fœlix Sorte tua es.

Sors pro munere, et officio.

et quod affine huic, pro „munere, et officio„ Livius // Si id facere gravaretur, quod non suæ Sortis esset. // Ovidius. Metamorph. 2°.

= Satis, inquit, ab ævi
Sors mea principijs fuit irrequieta.

Lucanus l°. 9°.

Scire mori Sors prima Viris, sed proxima cogi.

Sors idem quod debitum, aut proportionatum.

Sors quoq. idem quod debitum, aut propor

tionatum. Virgilius Æneid. 6.

= Vires ultra, sortemq; senectæ.

Idem quod „modus, et forma„. Lucanus. l°. 9°. Sors pro modo, et forma.

= similis ne malorum

Sors mihi semper erit.

Valerius Flaccus Argonautic. 1°.

= et adhuc incognita lethi

Sors superest.

et l°. 4°. = hæc miseris Sors est æquissima lethi.

Idem quod „Potentia, et facultas„ Virgilius Æneid. 12. Sors potentia, et facultas.

Vtere sorte tua.

Quod „ingenium, aut naturalis inclinatio„ Manilius Astronomic. 4°. Sors pro ingenio, aut naturali inclinatione.

Alterius Sors est scribendis legibus apta.

Sed et idem quod „Fortuna ipsa, licet proprie effectus eius Sors, quatenus illa nobis causa per accidens in ijs, quæ operantur propter aliquem finem ex electione non semper, neq; ut plurimum. Teste Philosopho Physicorum 2°. textu 50. 51. sed clarius 52. // Manifestum itaq; quod Fortuna causa est secundum acci Sors pro Fortuna. Fortuna Quid.

dens in ijs, quæ secundum electionem eorum, quæ propter aliquid sunt. Quapropter circa idem intellectus, et Fortuna est, electio enim non sine intellectu est. // et sequentibus usq. ad sexagesimum primum. Plutarchus in Opusculo de Fato. // Platonis asseclæ, qui propius definitione ad Fortunam accedunt, adhuc modum eam definierunt, ut causa sit ex eventu eorum, quæ alicuius causa fiunt in his, in quæ cadit delectus. Post iam improvisum, et humanæ rationi obscurum attexuerunt. Quanquam eadem ratione rarum, et inopinatum in eo, quod dicitur ex eventu, perspicitur. // Numen enim aliquod credere superstitiosum, Vanum vel ipsismet antiquis. Aristoteles Magnorum Moralium. l.º 2. cap.º 9. // Quandoquidem non dixerit Fortunam esse, ut natura est semper causa cuius est, eius ut plurimum eodem modo est effectrix. At Fortuna nunquam, verum temere, et sine ordine, ac ut fors tulerit. Ideo Fortuna in eiusmodi esse dicitur, ubi neq. mens ulla, neq. recta ratio

est, nam ubi id nihilominus est quidquam ordinatum, ac est semper eodem modo, non ita Fortuna. Id circo ubi mens plurima, ac ratio, ibi Fortuna minima, ubi plurima Fortuna, ibi mens per exigua. At nunquid secunda Fortuna est, ut Deorum quædam cura? An id minime videri debet? Talium siquidem Dominum præficimus Deum, ut bona, mala q. meritis distribuat. At Fortuna, et quæ á Fortuna, tam vere, quam ut sors tulerit, fiunt. Quod si huiusmodi distributori Deo adscripserimus, malum ipsum iudicem faciemus, neq. iustum. Id nefas Deo deputare. // Quod videtur sensisse Plato in Gorgia, dũ ait // Peritia enim efficit, ut via nostra per artem incedat: imperitia vero, ut per Fortunã temere circunvagetur. // Quod si Dialogo 4°. de legibus dixit ille. // Deum quidem omnia, et Fortunam, opportunitatemq. simul cum Deo cuncta humana gubernare. // intelligendum, ut Marsilius Ficinus in argumento

Platonis de Fortuna locus explicatus.

illius Dialogi ait, quod à Deo quidē cuncta
dependent, Verum ab eo alia per Fortunam
procedunt, alia per artem: in inferioribus
nimirum, in Deo enim fortuiti nihil. quæ
deve multa passim reperies apud Ciceronē,
passim apud Senecam, sed præcipue l°. Epist.
16 - Epist. 99. Plinius elegantèr l°. 2°. Na
turalis Histor. cap. 7°. // Toto quippe mundo
Fortuna laus, et ex pro
bratio.
(ait) et locis omnibus, omnibusq; horis, om
nium Vocibus Fortuna sola invocatur, una
nominatur, una accusatur, una agitur rea,
una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur,
et cum convicijs colitur: Volubilis, à plerisq;
Vero et cæca etiam existimata, Vaga, incons
tans, incerta, Varia, indignorum fautrix.
Huic omnia expensa, huic omnia feruntur
accepta: et tota ratione mortalium sola utrâq;
paginam facit: adeoq; obnoxij sumus Sorti,
ut Sors ipsa pro Deo sit, qua Deus probetur
incertus. // Hæc Plinius. Vide Plutarchum
in libello de Fortuna, et in libello de audiendis
Pœtis, nam et

Fortunę Deitas ab aliquibus ex antiquis irrisa.

Poëtis, nam et horum aliqui Fortunę irrisere Deitatem Pacuvius apud autorem Rhetoricor. ad Herennium. lo. 2o.//

Fortunam insanam esse, et cœcam, et brutam perhibent philosophi,
Saxoq. illam instare globoso prędicat Volubili.
Ideo quô Saxum impulerit fors, cadere et Fortunam autumant.
Cœcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quo se applicet.
Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq. sit.
Brutam quia dignum, atq. indignum neque at internoscere.

Sunt etiam alij Philosophi, qui contra Fortunam negent
Esse ullam, sed temeritate omnia autumêt regi. magis
Verisimile aiunt, quod uterq. ea ipse experiundo edocet.
Velut Oreſtes modo fuit Rex, modo mendicus factus est:

Naufragio vex contigit. Nempe ergo haud
Fortuna obtigit.

Iuvenalis Satyr. 14.

Nullum numen habes, si sit Prudentia: nostę,
Nos facimus, Fortuna, Deam.

alia exemplaria, frigidius tamen = sed te
Nos facimus etta. de Fortuna Vide etiam
multa apud Manilium Astronomic. l°. ali
qua apud Lactantium Firmianum de Falsa
Sapientia l°. 3. cap. 28. et 29. et quid Fortunę
nomine intelligendum, apud S. Augustinum
libro retractationum l°. cap. 1°. et libro. 1°. Contra
Academicos. et in Questionibus super Genesim
l°. 1°. q^e. 91. et de Civitate l°. 4. cap. 18. Pro
Fortuna vero usurpari sortis nomen à Virgilio
constit Nebrissensis noster Egloga. 9^a.

= Quoniam Sors omnia Vertat.

// Quoniam Sors, ideſt Fortuna, omnia Vertat,
ideſt miscet, et perturbat. // ita ab antiquiſſi
mo Poëta Ennio apud Ciceronẽ l°. 1°. de officijs
Vosne velit an me regnare hera, quid Ve ferat Sors.
ubi Scholiaſtes Gothofredus // Sors, ideſt Fortuna. //

ita à Lucretio lib. 3. non longe à fine

= Casum q. timent, quecunq. fuat Sors.

à Catullo in Nuptijs Pelei, et Thetidos

Agnoscam cunctve ducem Sors prospera fiskt.

non „ fors „ ut legendum contendit Lambinus in quatuor hisce Poëtarum locis contra plurium exemplarium fidem: saltem enim hunc Catulli locum ita vero agnoscunt, legunt q. M. Antonius Muretus, ac Josephus Scaliger licet hic audacter huc more reponendum dicat „ stas „ pro „ Sors „. Ovidius Metamorph. 13°.

Lambini lectio reiecta.

Josephi Scaligeri audacia.

Nomes inofficio, et pręlatus munere Sortis.

et Tristium 3°. Elegia 11ª.

Humanę q. memor Sortis, quę tollit eosdem,

Et premit, incertas ipse Vevere Vices.

Manilius Astronomicon 2°.

Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere, fatum

Audeat? et tantę suffragia Vincere Sortis?

Seneca in Hercule Oeteo.

O Sortem acerbam, fuimus. Aliudq. pavet.

Lucanus lib. 2°.

O miseræ Sortis, quod non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus.
et l°. 9°.
O fœlix, quem Sors alias dispersit in oras.
Statius Thebaid. 1°.
= iam Sorte cadebat
Dilatus Polynicis honos.
idem ibidem.
Heu dubio suspensa metu, tolerandaq. nullis
Aspera Sors populis.
Ausonius in Monosyllabis
Res hominum fragiles alit, et regit, et perimit Sors.

Sors pro casu, et eventu.

Sed pro Casu, et eventu etiam, qui idē cum Fortuna, quemadmodum sensit Cicero de Divinatione l°. 3°. // Quid enim aliud fors? quid Fortuna? quid Casus? quid eventus? nisi cum sic aliquando cecidit, sic evenit, ut non cadere, atq. evenire; vel aliter cadere, atq. evenire potuerit? // Licet revera casus nomen latius pateat, ut ait Philosophus. 2°. Physicorum textu. 57°. // Differunt

Casus Quid.

autem, quoniam Casus in plus est. Quod enim est à Fortuna, est et à Casu: hoc autem non omne a Fortuna est. // Ubi ostendit in ijs, quę agunt ex electione propter finem, esse Fortunā: in ijs, quę non ex electione, Casum. Pro Casu ergo, et Eventu Sortis nomen usurpavit Manilius l°. 3°.

Talis et illius Sors sit speranda negoti.

Lucanus Pharsalię 2°.

Sive nihil positum est, sed Sors incerta Vagatur,
Fertq. refertq. Vices, et habēt mortalia Casum.

et l°. 9°.

Sors melior classi, quæ fluctibus incidit altis.

et inferius.

= Sors obtulit. (inquit)

Et Fortuna Vię tam magni numinis ora.

Silius l°. 13°. = Quæ sors nostra fuit.

Statius l°. 11°.

At genitrix primum funestę Sortis, ut amēs
Expavit famam.

In Sacris etiam literis eodem accipitur modo

Illud Psalmi: 30. „ In manibus tuis Sortes meæ. //
Genebrardus // Sortes meæ. Gallice. mes adventures, Casus, Eventus mei, rerũ mearũ Status. //

Sors pro Fato. Sed et pro Fato, fatali Ve necessitate, quam effingebant antiqui; cum reVera Fatum nihil aliud sit, quam lex quædã pronunciata à Deo, et rebus ipsis indita, quam causæ omnes in suis effectibus producendis observare debent, dictum q. à fando, ex. S. Augustino lo. 5o. de Civitate, cap. 9o. ex quo. S. Isidorus Originum 8o. Conceptis fere Verbis, et ex utroq. Beatus Thomas in. 1o. distinct. 39. q. 2a. articulo. 1o. Fatum dixit esse quoddam aff fatum diVinæ ordinationis. Pulchre Lipsius Cent. 1a. Epist. 61: // Fatum est æterna ab æterno in æternum Dei lex. // à quibus non longe Visus abire Lucanius lo. Pharsaliæ. 2o. in initio: sed propriùs lo. 9o

Fatum quid.

Fatum a Fando dictũ.

Pulcherrimus Lucani locus de Fato. Nil faciunt, nisi sponte Dei, nõ Vocibus ullis
Numen eget, dixit q. semel nascentibus autor
Quidquid scire licet.

Quę Verba non abſimilia ſunt illis Iob. 33ª.
// Semel locutus eſt Deus, et ſecundo idipſũ
non repetit. // nec non illis Regij Vatis ex Pſal
mo. 61. // Semel locutus eſt Deus // idęſt, ut
Auguſtinus, et Isidorus interpretantur, im
mobiliter, incommutabiliter. At Ethnicorũ
more Manilius. lº. 4º.

Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege,
Longa q¹. per certos ſignantur tempora curſus,
Naſcentes morimur, finis q¹. ab origine pẽdet. etta.

Pro Fato itaq¹. aut fatali neceſſitate accepit Sors fatalis neceſſitas.
Virgilius Æneid. 2º.

Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit.

ubi. Servius // Sorte. fatali neceſſitate // et lº.
11º.
= Sors iſta ſinecte

Debita erat noſtrę.

Propertius lº. 2º.

Vel te Pantalea movere ad flumina Sorte.

quem Versum inſipide emendavit Scaliger

Iosephus Scaligerre prehensus.

Iosephus

Vel tu Tantalea movearis flumina Sorte.

contra exemplarium omnium, quę viderim, fidem. Ovidius Trist. 5°.

Ferrea Sors Vitæ, difficilisq. premit.

Manilius l°. 2°. = etiam signā da sagaci

Singula sunt animo, propriaque Sorte ferūtur.

et l°. 4°. = Sors est sua cuiq. ferenda.

Lucanus l°. 9. = O sors durissima Fati.

Silius l°. 13.

Tum Iuvenis, quęcunq. datur Sors durior ævi,

Obnitemur ait, culpa modo pectora cessent.

Valerius Flaccus Argonaut. 4°.

Hæc Sors, hęc Amycum tandē manus arguit ausis.

et l°. 6.

Hei mihi siduræ natum subducere Sorti

Melior.

Statius Thebaid. 5°.

Quis tibi, parve, Deus, tam magnipōderā Fati

Sorte dedit.

Sors pro Vita.

Sors quoq. aliquando pro Vita. Ovidius Me

tamarph. 13. = Sortem q. mea Vovistis Achivi.

Valerius Flaccus Argonaut. 5°.

Qualem præcipiti gravidum iam Sorte parentem
Natorum flet parvamanus, trepidiq. precatur
Duret ut invalidis: et adhuc genitoris egenis.

ubi interpres // Præcipiti Sorte. labente, ac de fluente in senium. //

Sed pro morte etiam, et occasu rei alicuius nomen Sortis usurpavere antiqui Virg. Æneid. 5°. Sors pro morte, et occasu rei alicuius.

Hectorei socij, Troiæ quos Sorte suprema
Delegi comites.

idest morte, et excidio, quemadmodum dixit postea Valerius Flaccus Argon. 2°.

= Nec nostræ miserantē funera Troiæ.

dixerat q. prius Lucretius. l°. 5°.

Cur supera bellum Thebanū, et funera Troiæ
Non alias alij quoq. res cecinere Poëtæ?

Horatius Epistol. l°. 2°. Epist. 2ª.

Nunc prece, nunc precio, nunc vi, nunc Sorte suprema
Permutant Dominos.

ubi exemplaria quadam habent „ morte suprema „ sed prôh quam illepide! In eodem sensu l°. Carmin. 2°. Od. 3.

= omnium

Versatur urna. serius, ocyus

Sors exitura, et nos in ęternum

Exilium impositura cymbę.

Seneca in Octavia

Me crudeli Sorte parentes

Raptos prohibet lugere timor.

Papinius l°. 11°. = illos tamen ęqua duelli

Sors tulit ad manes.

Silius l°. 13°.

Cecropidę ob patriam Mavortis Sorte peremptos

Decrevere simul communibus urere flammis

Valerius Flaccus Argon. 3°.

Sat lachrymis, comitiq. datū, quē Sortibus Œvi

Crede, vel in medię raptū tibi sāguine pugnę.

Sulpitius in Epigrammat.

Ac fato Victus Sorte puer perij

Sors pro Responso Dei. Pro Responso Vero Dei (ut ex Festo didicimus)

frequenter accipitur Sortis nomen. Tibullus
2o. 1o. Elegia. 3.

Nec mihi sunt Sortes, nec conscia fibra Deorum:

et 1o. 2o. Elegia. 5a. ad Phoebum.

Tuq. regis Sortes.

Ovidius Metamorph. 1o.

= Placuit coelestes precari
Numen, et auxilium per sacras quærere Sortes.

et. 13. = Durq. g. iubent Agamemnona Sortes
Immeritam saevq. natam mactare Dianæ.

Valerius Flaccus Argon. 4o.

Verum animo vedit illa meo sors cognita Divûm.

et ibidem. = Heu qui datus iste Deorum
Sorte labor nobis.

quô pertinet illud ex Publicii antiqui Poëtæ
carmine de Hermaphrodito. Vertente Polichino

Quærenti lethum sic Iuno ait, occidet armis,
Mars unus, Phoebus aquis. Sors rata quæq. fuit.

Hæc autem responsa Deorum Sortes Vocitata
Vel Voce dari solita, Vel signo aliquo exteriori,
Vel interiori, Visibili, aut in Visibili, nemo

Sortes idest Deorum responta, carminibus fere semper data.

non fuit: Voce data aut nunquam, aut raro soluto sermone, sed carmine fere semper, teste Horatio de Arte

= Dicta per carmina Sortes.

Videndi Herodotus in Clio, sive l. 1°. et in Erato, seu l°. 6. Xenophon de Pedia Cyri, l°. 7°. Strabo l°. 9. Plutarchus in Opusculo, Quod nunc Pythia sortes nondet Versibus. Pausanias in Phocicis. Maximus Tyrius Sermone 30. Utrum orandus sit Deus. Aelianus de Varia historia l°. 3°. cap. 43. aliique quibus rei Sybillina etiam carmina fidem faciunt. In pluribus vero locis Sortes inquiri tales, compertum, quorundam meminit Virgil. Eneid. 3.

Troingena interpres Divum, qui numina Phœbi,
Qui Tripodas, Clarii lauros, qui sydera sentis.

et l°. 4°.

Et nunc Italiam magnâ Gryneus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes.

Georgicorum 2°.

= Atq; habitæ Graiis oracula quercus.

Quibus in locis sortes date.

Quorundam etiam meminit Statius Thei
baid. 3. = Nonne cœlestia frustra
Edocuit, Tauro q. sua dignatus Apollo est.
Et nemorum Dodona parens, Cyrrhæq. Virgo
Audebit tanto populos suspendere Phœbo.
sed plurimorum eodem libro
= Non Cyrrha Deum promiserit antro
Certius, aut frondes Lucis, quas fama Molossis
Chaonias tonuisse tibi. Licet avidus Hammon
Invideat, Lyciæq. parent contendere Sortes.
Niliacum q. pecus, patrio q. æqualis honori
Branchus, et undosæ qui rustica accola Pisæ
Pana Lycæonia nocturnum exaudit in umbra.
et idemmet l°. 8. de Amphiarai Vatis interitu.
Quicquid et æternus Phœbi dolor, et nova clades
Semper erit, multis q. diu plorabere Delphis.
Hæc. Tenedon, Cyrrhamq. dies, partuq. ligatam
Delon, et intonsi claudet penetralia Branchi:
Nec Clarias hac luce fores, Didymæq. quisquam
Limina, nec Lyciam supplex cõsultor adibit.
Quin et cornigeri Vatis nemus, at q. Molosso

Quercus anhela Iovis, Troiana q. Thymbra tacebit.
et paulo inferius
Iam q. erit ille dies, quote quoq. conscia fati
Templa colent, vates et q. tunc responsa sacerdos.
Plurium etiam meminerat Herodotus in Clio. //

Oracula Varia. Sub hanc statim cogitationem tentare statuit Vaticinia quæq. apud Græcos, quæq. in Aphrica essent alijs alio dimissis, quibusdam Delphos, quibusdam Dodonam, nonnullis ad Amphiaraum, ac Trophonium. Sunt qui ierunt ad Branchidas ore Milesij. At q. hæc sunt Græca, ad quæ consulenda Crœsus misit oracula. In Aphrica Vero ad Ammonem alios responsa petituros dimisit. // Idem in Euterpe sub. 2o. plura ponit in Egypto. // Siquidem Herculis illic oraculum est, et Apollinis, et Minervæ, Dianæq. ac Martis, et Iovis: sed quod præcipuo honore colunt ex omnibus Oraculis Latonæ in urbe Buti. // plura etiam refert Clemens Alexandrinus Stromat. i. At singillatim deinceps quoq. dicemus.

Antiquissimum erit apud gentes oraculum Delphis dicit Pausanias in Phocicis, et hoc Telluris Neptuniq; simul, quod illis probat Versibus. Oraculum Delphicum.

Inclyta confestim Tellus oracula dixit,
Neptuniq; simul famulus, qui nomine Pyreon.
illis deinde in divinatione successisse Themidem; cuius quidem oraculum Deucalionei diluvij tempore in Parnasso extitisse refert Naso Metamarph. l. consultum q. à Deucalione, et Pyrrha.

Dic Themi, qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit, et mentis feropem mitissima rebus.
Mota Dea est, Sortem q. dedit, discedite templo,
Et Velate caput, cinctae q. resolvite Vestes,
Ossa q. post tergum magnae jactate parentis.
et inferius
Interea repetunt caecis obscura latebris
Verba datae sortis, secum, inter se q. volutant.
Hujus fabulae meminit pariter Juvenalis Satyra 1ª.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor,
Navigio montem ascendit sortesq. poposcit.

à Themide Oraculum accepisse Apollinem testatur in Phocicis idem Pausanias (quanvis Apollodorus l°. i°. à Pane accepisse dicat, et Themidi successisse) quadere Lucanus noster l°. s°. de Parnasso agens.

Ultor ibi expulsæ premeret cum viscera partus
Matris, adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis
Explicuit, cum regna Themis, Tripodasq. teneret.
Vt vidit Pæan vastos telluris hiatus
Divinam spirare fidem, ventosq. loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris,
Incubuitq. adyto vates ibi factus Apollo.

Apud Statium Thebaid. 3°. Capaneus

= Non si ipse cavo sub vertice Cyrrhæ
Quisquis is est timidis, fameq. ita visus, Apollo
Mugiat insano penitus seclusus in antro,
Expectare queam, dum pallida virgo tremēdas
Nuntiet ambages.

Ac de Oraculo hoc intelligendi Valerius

Flaccus Argo

Flaccus Argonaut. 3°.

Vox mihi mentitas tulerit Parnassia sortes.

Antonius in Monosyllab.

Ludit et eacidem Parnassia Delphicas sors.

antiquitatis Vero illius fidem fecit Homerus,

qui sic de Agamemnone Iliad. 8.

Responsum vecolens animo quod Phoebus Apollo

Quærenti Delphis dederat. et alibi

Saxea nec quantus divini limina Phoebi

Complectentur opes intra Delphos scopulosos.

sed de Templo, Tripode, Oraculo, Pythia &c.

plura prædicti scriptores, præcipue tamen Strabo

dicto lib. 9°. Lucanus. 5°. Pausanias. 10. Plutar

chus de Oraculorum Defectu. quibus adde

Diodorum Siculum lib. Biblioth. 16. Trogum

Pompeium, seu eius abbreviatorem Justinum

libro. 24. Livium libro 8. Nasonem Meta

morphos. 1°. Plinium lib. 4. cap. 9°. Philostra

tum in Vita Apollonij lib. 3. cap. 13. et lib. 6.

cap. 5°. Macrobium Saturnalium. 1. cap. 17. et

18. Martianum Capellam lib. 6. Suidam in

K

Lexico, et ex recentioribus Alexandrum ab Alexandro Genialium dierum libro 2°. cap. 2°. et ibi Andream Tiraquellum, Caelium Rhodiginum Antiquarum lectionum lo. 5. cap. 16. Lilyum Gregorium Gyraldum Syntagmat. 7°. Historiæ Deorum, Natalem de Comitibus Mythologiæ libro 4. cap. 10. et plurimos alios.

Clarij Apollinis Oraculum.

Fuit et Vetustissimum etiam Clarij Apollinis, quippe quod ante Troiani belli extiterit tempora, si Straboni credimus libro 13. Controversum tamen de loco apud aliquos, quod mihi nullam fuit dubitationem, cum antiqui omnes in Ionia illud collocant, quid mirum si iuxta Colophonem illi, Vel in Colophone hi? Meminere quidem illius (præter supradictos Virgilium, et Statium Papinium) Strabo dicto lo. 13. Mela lo. i°. cap. 17. Plinius lo. 2. cap. 103. Solinus cap. 43. sive (ut alij Codices habent) 53. Tacitus lo. 2°. Annal. Nicander apud Æ lianum lo. 10. de Historia animal. cap. 50.

Iamblicus de Mysterijs Egyptiorum, Macrobius Saturnal. 1º cap. 18. ubi Cornelium Labeonem, dicit, librum inscripsisse de Oraculo Apollinis Clarij. Martianus Capella. lº. 6º. Lactantius Firmianus lº. 1º. de Falsa religione, cap. 7º. Ammianus Marcellinus lº. 19. in fine. Isacius in Lycophronem, Servius in illud Virgilianum ex 3º. lº. Eneidos „Clarij lauros„ Clarium autem apellatum dicunt lucum, et locum Eustathius, et Nearchus à „Νλήρου„ hoc est, sorte, alij vero aliter. Sortes tamen dedisse extra omnem est dubitationem testibus prędictis nec non Ovidio Metamarphoseon. 1º. Apollinem inducēte loquētem

= Mihi Delphica Tellus

Et Claros, et Tenedos, Patareaq. regia servit.

Flacco Argonaut. 3º.

Nec Clarij nunc antra Dei, quercusq. Tonantis
Arguerem, talesne acies? tales ne triumphos
Sorte dabant?

Delij etiam Apollinis oraculum celebre fuit

Delij Apollinis Oraculum.

in Delo insula una ex Cycladibus ab ipsis Saturni temporibus ut fabulantur Poëtę, de quo Cicero Actione 3ª in Verrem, Virgilius Eneid. 3º. Ovidius in Epistola Cydippes ad Acontium, seu quisquis illius autor, meminit et Statius Sylvarum 5º in Epicedio in Patrem = Neq. enim antra moveri Delia, nec solitam fas est impellere Cyrrham. et dº. lº. 8. Thebaid. = partuq. ligatam Delon.

Ara in Delo ex cornibus.

in quo Apollinis fano duo miranda; alterum ara ex cornibus compacta ab Apolline ipso ut vult Callimachus in hymno in eundem.

= Ipse vero connexuit aram Apollo
Extruxit quidem cornibus fundamenta, compegit autem aram
Ex cornibus, corneos vero circunduxit parietes.

et arę huius mentionem fecit autor dictę Epistolę Cydippes.

Miror et innumeris structam de cornibus aram, Martialisq. in Amphitheatro Cęsaris. Epigr. 1º.

Dissimulet q. Deum cornibus ara frequens. et quod mirandum magis ex dextris tantum cornibus, ita Plutarchus in Opusculo, Utra animantia terrena ne, an aquatilia maiore prudentia sint prædita: licet ipsemet in Theseo contrarium scripserit, ex sinistris nimirum cornibus totam factam. Alterum mirum est, quod (ut ait Servius in 3.m Æneid. // Apollinis oracula, quæ alibi obscura sunt, illic manifesta dantur. // At hoc non Veritati duntaxat, sed Virgiliano etiam contradicit textui: satis enim obscurum Apollinis responsum Æneæ, ac sociis redditum: ibi tu vide. Valde tamen frequens exteris insula hæc, qui sacra fecerunt, testibus Homero in hymno, ac Strabone l.o 10. unde Satius Achilleidos 2.o

= Atq. hospita Delos
Gentibus.

Aliud fuit Oraculum Apollinis Dydimæi, sive Milesij, olim Branchidæ dicti, aut Branchidarum, quia apud Branchidas

Apollinis Dydimæi, sive Milesij Oraculū.

Milesiorum in ora Ioniæ: et huius meminere Herodotus (ut Vidimus) l°. 1°. Strabo l°. 14°. Mela l°. 1°. cap. 17°. Plinius l°. 5. cap. 29°. Laërtius l°. 1°. in Thalete. Apuleius l°. 4°. Asini Aurei, qui illud peculiariter fabulatur de eo. // Sed Apollo quanquam Groecus, et Ionius propter Milesiæ conditorem (fabulæ inquam ab ipso Apuleio conditæ) sic Latina sorte respondit. // Apollinem namq̃ Latine unquam locutum, negat Cicero 2°. de Divinatione. mentionem etiam fecere Milesij oraculi Lactantius Firmianus de Vera Sapiẽtia l°. 4°. cap. 13. Sozomenus in historia, et ut retulimus Statius Thebaid. 3°.

= Patrioq̃ æqualis honori Branchus. et l°. 8°.

= et intonsi claudet penetralia Brãchi.

Nec Clarias hac luce fores, Dydimæaq̃ quisquã Limina.

ex cuius Verbis colligi Videtur aliud ab Apollineo fuisse oraculum Branchi, sive is

Branchus Apollinis filius, ut innuere videt Statius dum ait. = Patrio q. æqualis honori.

et ex Varrone in libris ~~in libris~~ Divin. rerum refert Statij interpres Lactant. d°. l°. 8. sive puer, aut pastor dilectus Phoebo, et ab ipso vaticinandi edoctus artem, ut in 3°. Thebaid. idē probat Lact. hisce Terentiani versibus.

Hymnum Branchiadæ Phoebo cantasse, Iovique
Pastorem Branchum, cum captus amore pudico
Fatidicas sortes docuit depromere Pean.

Hinc tamen potius elici videtur, Sacerdotem, interpretem ve Phoebi fuisse Branchum. Certe si oraculum habuit diversum, in certum quo in loco.

Erat et aliud Apollinis in Lycia in urbe Patara unde Lycium, et Patareum vocitatum: huius fanū á Lyco cum in Lyciam venisset, erectum penes Xanthum fluvium ait Diodorus Siculus: illius meminere Festus Pompeius. // Lycij Apollinis oraculū in Lycia maximæ claritatis fuit. // Mela l°. 1°. cap. 15°. Pausanias in Bœoticis, cuius, et frequēs mentio apud Vergil. Æneid. 4°.

Apollinis in Patara Lyciæ urbe Oraculum.

Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta
Deserit ac Delon maternam invisit Apollo.

nam sex mensibus hybernis degere, ac resp̄osa dare in Lycia, sex vero ęstivis in Delo fingebāt antiqui, vide Servium ibi. idem Virgil. eod. l°.

Italiam Lycię iussere capessere sortes. et
Nunc Lycię sortes.

Propertius l°. 3°. Elegia. 1ª.

= Lycio vota probante Deo.

Horatius l°. Carm. 3. Od. 4ª.

Qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemq́. Sylvam
Delius, et Pataręus Apollo.

Statius Thebaid. 1°.

Phœbe parens sente Lycia Patarça nivosis
Ecxereet dumeta iugis. et. 3°.

= Lycięq́. parēt contendere sortes.

et 8°. = Nec lyciam supplex cōsultor adibit.

Apollinis Sarpedonij Oraculum.

Apollinis Sarpedonij Oraculum extitisse in Cilicia, refert in sua Bibliotheca Photius ex Diodoro Siculo in libro tricesimo secundo Historiar. qui hodie non extat. ita vero ille // Paucis ante diebus cum iuxta Ciliciam Alexander Rex oraculum consuleret, quod Apollinis Sarpedonij templum

ibidem diceretur, respondisse fertur illi Deus etta//

Thymbræi etiam Apollinis oraculum apud Troiam extitisse, testis Statius Thebaid. 1°. — Thymbræi Apollinis Oraculum.

Seu Troiam Thymbræus habes, ubi fama volentem
Ingratis Phrygios humeris subiisse molares.

et dictis l°. 8°. locoq.

= Troianaq. Thymbra tacebit.

ideo Virgilius non uno in loco Thymbræi Apollinis meminit, ac post ipsu alij: lege Strabonem. l°. 13°.

Sminthæi Apollinis oraculi mentionem fecit Naso Fastorum. 6. — Sminthæi Apollinis Oraculum.

Consulitur Sminthæus, lucoq. obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos.

in quo vero Apollinis Sminthæi templo oracula reddita, haud liquet, duo enim fuisse legimus: in Tenedo insula alterum, cuius meminit Strabo l°. 13. non sine Homeri testimonio.

Sminthæû qui Tenedum regis.

Vnde Ovidius dicto Metamarph. 1°.

= Mihi Delphica Tellus,
Et Claros, et Tenedos, Patareaq. regia servit.

alterum in Chrysa Troadis urbe, cuius etiam

ipse meminit ibidem Strabo, nec non Plinius lo.
.5. cap. 30.

Apollinis Daphnæi Oraculum. Fuit et apud Antiochiam Daphnæi Apollinis magnificentissimum templum, ac simulachrũ ab Antiocho extructum, in eo q̃. oraculum celebre ad Iuliani Apostatæ tempora, in quibus cœlesti conflagravit igne templum, eius meminere Theodoretus in Tripartita hist. lo. 6. cap. 31. Cedrenus in Compendio Historiar. Zonaras Annal. Tomo. 3°.

Grynæi Apollinis Oraculum. Grynæum quoq̃. Apollinem oraculo illustrem legimus dictum ita à Grinio Myrinæorum oppidulo in Eolide autoribus Strabone lo. 13. Stephano de Urbibus, cuius etiam meminit Virgil. Eneid. 4°.

Et nunc Italiam magnam Grineus Apollo,
Italiam lyciq; iussere capessere sortes.

Ubi Servius, non ab oppido, sed a memore Gryneo iuxta Clazomenas Atiq; urbem Vocitatũ dicit Grynæum Apollinem: et Ecloga. 6. in Ionia scribit esse Grynæum nemus Phœbo sacrũ, ubi de divinandi peritia Calchas, et Mopsus certarũt: At certe sacrũ, Vel nemus, de quo hæc pertibetur fabula, Clarium

Colophoniorum fuisse (aquo tamen non longe Clazomenis) ex Strabone didicimus lo. 13. Pausanias quidem in Atticis Grynigum á nemore distinguit // Tum in Grynigo, ubi Apollinis nemus est // ubi tamen Grynigum sit, non dicit: Grynium Strabonis in Æolide Gryniam nominat Plinius lo. 5. cap. 3. Diodorus Vero lo. 17.° // Grynium. // Interea Parmenio urbem Grynnium vi occupavit, captivos q. multos fecit. Pitanem etiam oppugnare coeperat. // Xenophon verum Graecarum libro 3°. Grynium // Alter Vero Myrinum, et Grynium. // et de Myrinaeorum templo intelligendum esse illud Martialis lo. Epigram. 9. Epigr. 43.

Martialis explicatus.

Campis divus Apollo sic Murinis.

(ubi alij legunt Myrinis) credunt neq. iniuria multi, nam licet per U. legatur, quis ignorat U. et Y. convertibilia apud antiquos elemẽta?

Cutrectitis Apollinis Oraculum fuit sic dictum ab Cutreti exiguo Placentinum pago, cuiusmeminere Homerus, et Strabo, Stephanus Vero etiã Oraculi.

Cutrectitis Apollinis Oraculum.

Abgi Apollinis Oraculum.

Abgi Apollinis Oraculum sic nominatum ab urbe Phocidis Aba, in quo erat: refert in Phocaicis Pausanias, illius q. meminere etiam Herodotus in Erato, sive lo. Bo. Philostratus in Vita Apollonij lo. 4. cap. 8. Stephanus de Urbibus: Hesychius tamen Stolgi Apollinis oraculum apud Abas Phocidis collocat.

Apollinis Selinuntij Oraculum.

Apollinis Selinuntij extitisse apud Orobias lubet dixit Strabo lo. 10. in princ. // Et Orobias, ubi fuit Verissime Apollinis Selinuntij oraculum. // Apollinem Diradiotem à loco, in quo est, Diradicto Voltarum suo etiam tempore veppones dedisse refert Pausanias in Corinthiacis.

Hysij Apollinis Oraculum.

In Hysia Boeotiæ urbe oraculum fuisse Apollinis scribit in Boeoticis idem autor.

Apollinis Ismenij Oraculum.

Apollinis Ismenij apud Thebas Oraculi meminit in Erato, sive lo. Bo. Herodotus, meminit et Maximus Tyrius sermone 26. de Socratis Dæmone. de Templo multa Pausanias in Boeot.

Ptoi Apollinis Oraculū.

Ptoi Apollinis Oraculi à monte Ptoo Thebanorum ditionis proxime urbem Acrephiam, ita

dicti mentionem fecere idem Herodotus in Clio, Pausanias in Boeoticis.

Tegyrei Apollinis Oraculum in Tegyra Boeotiae civitate extitisse refert in Pelopide Plutarchus // Parum infra paludes templū est Apollinis Tegyrei, et Oraculum, cuius haud ita pridem defecerāt sortes: floruit enim usq. ad bellū Medicum Praefecto tum ei Oraculo Echecrate etta // ubi multa de illo. Idem de Oraculorum defectu // eadē tempestate nobile illud apud Tegyras oraculū fuit, ubi Natale Apollinis dicunt esse. //

Apollinis Tegirei Oraculum.

Oraculum quoq. fuit apud Aquileiam Italiae urbē Bel, seu Beles Apollinis, de quo Herodianus l°. 8°. // Caeterum nonnulla quoq. oracula ferebantur patrij cuiusdam numinis Victoriam promittentia, Belen vocant indigenae, magnaq. cum religione colunt Apollinem interpretantes. // et huius Bel, seu Beles meminit (credo) Tertullianus in Apologetico adversus gētes // Unicuiq. etiam (inquiens) Provinciae et Civitati suus Deus est, ut Syriae Astartes, ut Arabiae Disares, ut Norici Belenus. etta // Belenum certe hunc Aremoricorū Gallicae gentis Deū fecit Ausonius.

Apollinis Bel, seu Beles Oraculum.

Belenus Gallorum Deus.

Beleni sacratum Ducis é templogenus.
et Nec reticebo senem nomine Phœbicium
Qui Beleni ęditus Airpe Latus Druidū
Gentis Aremoricę. etta.
Vide Pamelium in Tertullian. lo. do. numo. 382.

Apollinis Heliopolitani Oraculum.

Apollinis Heliopolitani templum et oraculū late describit Macrobius lo. Saturnal. 1o. cap. 23.
Oraculi cuiusdam Apollinis forte non procul à Neocęsarea Ponti urbe in quodam nivosi montis in go positi meminit Eusebius Cęsariensis de S. Gregorio Thaumaturgo dicto, Neocęsariensi Epis copo agens, cuius Sancti Viri aspectum ferre non valens Dęmon, qui responsa dabat, au fugit inde, eiusq. iussu iterum rediit, tu apud eundē Vide lo. Ecclesiast. hist. 7o. cap. 25. rem subobscure teti git Nicephorus Ecclesiast. etiam hist. lo. 6. cap. 17.

Tauropoli Apollinis Oraculum.

Fuit Deniq. in Icario Persici sinus insula Apollinis Tauropoli templum, Oraculumq. Strabo lo. 16. // Tradunt etiam illum dicere, qui sinū cum classe circumvectus sit: quod à Teredone na viganti, ac deinceps continentem à dextris habēti, insula Icarium proposita appareat, et Apollinis

in eatemplum Sanctum, et oraculum Tauropoli. // ita enim legendum ex fide Graeci Codicis Ταυροπόλου, Tauropolu, non Tauropolę, ut legit Heresbachius, quasi Dianę Tauropolę oraculum sit, quod proculdubio in errorem traxit Lylium Gyraldum, qui de Diana Tauropola egisse Strabonem hic et l°. 14. male credit Syntag. 12°. cum utrobiq. insulam pene cognominē legat; at hęc Icarium in Persico Sinu, illa vero Icaria in Icario, seu Ionio mari, et in ea non Diana Tauropola, sed Dianę templum ipsum Tauropoliū dicitur, ubi tamen Oraculum nullum. et hęc omnia (quod sciam, Vocalia Apollinis oracula unde merito a Sophocle in Antigone Oracularis dictus Apollo; a Nasone in Fastis Fatidicus: Faticanus a Luciano in Iove Tragoedo.

Heresbachius Strabonis interpres, et Lylius Giraldus lapsi.

Apollo Oracularis Fatidicus, et Faticanus dictus.

Dodonęi Iovis oraculum satis celebre fuisse olim in Dodona Epiri urbe notissimum vel ipsismet toties á Poëtis decantatis fabulis de fago, colūbaq. responsa dantibus, ac de Vocali Vaticina quercu, ita fabulati complures. Hesiodus apud Strabonem Dodonam, fagumq. Pelasgorum ut pote sedes. Homerus non uno in loco, sed 19. pręcipue Odysseę.

Ionis Dodonęi Oraculum.

Hunc autem in Dodonam dicebat ire, ut Dei
Ex quercu alton Iovis consilium audiret.
Virgilius 2°. Georgicor.
= Atq; habitæ Græjis oracula quercus.
Ovid. Metamarph.
Vocalemq; suam Jovis Dodonida quercum
Lucanus l°. 6.
Nec quæsisse libet primis quid frugibus altrix
Ore Jovis Dodona sonet.
Valerius Flaccus Argonaut. 1°.
= Dodonida quercum
Ingredior.
et l°. 3°.
Nec Clarij nunc antra Dei, quercus q. Jonantis
Arguerem.
Statius 2°. l°. Thebaid. 3°.
Et memorum Dodona parens. et
= aut frondes Iuis quas fama Molossis
Chaonias commisse tibi.
et 8°. = Atq; Molosseo
Quercus anhela Jovis.
Ex Historicis porro, et Interpretibus Herodotus Halic.
l°. 1°. ac l°. 2°.

l°. 1°. ac l°. 2°. non semel. Dionys. Halicarnass. Romanar. Antiquitat. l°. 1°. Cicero ad Atticum l°. 2°. epist. 19. Livius Decad. 1ª. l°. 8°. Strabo l°. 7°. Mela l°. 2°. cap. 3°. Plinius in Præfatione libri quarti. Pausanias in Achaicis. Philostratus in Vita Apollonij l°. 4°. cap. 8. et in Iconibus l°. 2°. Maximus Tyrius Serm^e. 26. Ammianus Marcellinus l°. 9°. in fine. Stephanus de urbibus. Suidas in Lexico, Statij interpres Lactantius in prædictis Poëtæ locis, nec non in Virgilianis Servius, qui in illum Virgilij ex Ecgloga 9ª. Versum

Chaonias dicunt aquila Veniente columbas.

ita fabulam explicat. // Chaonias. Epiroticas. in Epiro enim nemus erat, in quo columbas dare responsa dicebant: quod idcirco fingunt, quoniam Thessala lingua Peliades et columbæ, et Vaticinatrices mulieres dicuntur. //

Unde originem sumpserit fabula de columbis responsa dantibus.

Ammonis, sive Hamonis Iovis oraculum celeberrimum fuit, totoq; orbe decantatum, licet in quodam mundi recessu apud Garamantas Aphricæ gentes. multa de illo Scriptores plu

Iovis Ammonis Oraculum.

vimi Herodotus lo. i. 2o. et. 4o. Diodorus Siculus lo. 4. cap. ult. et lo. 17. Strabo lo. 17. Mela lo. i. cap. 7o. Solinus cap. 40. Pausanias in Laconicis. Curtius de Gestis Alexandri lo. 4o. Arrianus de ijdem gestis lo. 3o. Plutarchus in Alexandro, et de Oraculorum defectu. Maximus Tyrius Sermone. 26. de Socratis Dæmone. Servius in illud Virgilij ex. 4o. Æneidos. // Hic Ammone satus. // Quin et Pœtæ non pauci, Lucanus multa de illo lo. 9. Iuvenalis Satyr. 6.

= Quidquid
Dixerit Astrologus, credent à fronte relatum
Hammonis.

Valerius Flaccus Argonautic. 3o.

= Hoc Sortes, hoc corniger imperat Ammo.

Silius lo. 3o.

Quâ sublime cedens Cyrrhæis æmulus antris
Inter anhelantes Garamantas corniger Ammon
Fatidico pandit Venientia sæcula luco.

et in eodem libro

Hic, ubi nunc aras, lucosq; videtis opacos

Ductove electo gregis (admirabile dictu)
Lanigeri capitis media inter cornua pendens
Marmaricis alijs populis responsa canebat.
et libro .5°.
Ipse olim antiquo primū Garamantius Hammō
Sive pater dederat Synalo.
Denique. l°. 14°.
Fer pater afflictis, fer, ait, Garamantice Vates
Rebus opem.
Statius Thebaid. 3° = Licet avidus Hammon
Invideat, Lyciique. parent extendere sortes.
et dicto loco libri Octavi.
Quin et cornigeri Vatis nemus.
et utro Virg. Lactantius interpres. Ariatini Oraculi meminit ex Plauto Agellius. l°. 3. cap. 3°. cuius historiam se quæsiturum dixit. si illud Ammonis non est, cuius sit ignorare me, fatebor, nec pudet cum Agellio.
Trophonij Jovis oraculum extitisse apud Lebadiam Boetiæ urbem refert Livius Decadis quintæ l°. 5°. // Lebadiæ quoq. (inquit de Paulo

Trophonij Jovis Oraculum.

Æmilio agens) templum Iovis Trophonij adiit, ibi cum vidisset os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt. etc. // Strabo l°. 9. // Apud Lebadiam Iovis Trophonij oraculum est. // et quidem oraculi huius Trophonij celebris apud scriptores memoria, nullus tamen illud, exceptis supradictis duobus, Iovis nomine appellat, sed aut Trophonij duntaxat, ut Herodotus l°. 1°. et 8. aut Herois Trophonij, ut Cicero de Natura Deorum l°. 3°. // An Amphiaraus Deus erit, et Trophonius? // licet is parum sibi constans, Mercurium, qui sub terris est, eundem cum Trophonio dicat. quin et ipsemet Strabo l°. 16. de Vatibus agens // Talis fuit Amphiaraus, et Trophonius, et Orpheus, et Museus etc. // Maximus Tyrius Sermone 26. // Sed in antro quoq. Trophonij, nam et huius herois oraculum est circa Lebadiam urbem // Erigini filium dicit Pausanias in Bœoticis; Apollinis vero Philostratus in Apollonij Vita l°. 8°. cap. 8. qui et illius meminerat l°.

.4°. cap. 8. De Trophonij huius antro integrum librum edidit Dicæarchus autore Casaubono in Notis ad Strabonem: in eo suatempestate respõsadari, testatur Plutarchus de Oraculorũ deffectu, de quo etiam in Sylla non pauca: meminerant et antri huius Oraculiq; Aristophanes in nubibus, Euripides in Ione. Vide Erasmum Chiliad. 1ª. Centuria .7ª. Lylium Gregorium Gyraldum. Syntagmat. Deorum .2°.

Fuit et Nicephorij Iovis Oraculum (suspicatur Gyraldus dictum sic à Nicephorio Mesopotamiæ urbe, cuius meminit Strabo l°. 16. ego affirmare non ausim à peculiari denominatum loco, cum „Νικηφόριον„ Nicephorion sciam idem quod Victoriosum, aut Victorem significare.) et huius quidem Oraculi meminit in Hadriano Spartianus // Habuit autem præsumptionem imperij mox futuri ex phano quodam Nicephorij Iovis manante responso, quod Apollonius Syrus Platonicus suis libris indidit. //

Iovis Nicephorij Oraculum.

Beli Iovis Oraculū. Beli quoq. Iovis oraculum extitit Apameę Syriæ civitate teste Dione Romanę historię l°. 78. ita enim ille // Vaticinatum esse quodā modo, ac futura sibi prędixisse existimavi, non aliter, quam Iovem, qui Belus cognominatur, colitur q. Apameę Syrię Civitatis. Nam is se vero, cum adhuc vitam privatam ageret, hos versus dixerat.

Os, oculos q. Iovi similis, qui fulmina torquet,
Et Marti latus, et Neptuno pectora.

eidem q. post imperatori facto respondit consulenti:

At tibi tota domus madefiet sanguine. //

Hæc Dio. Belum vero late cultum ab Assyrijs, Chaldęisq. nullus ignorat, sive is Iupiter creditus, ut vidimus ex Dione: sive Saturnus, ut voluere Cęsarieus. Eusebius de Pręparat.e Evangelica l°. 9. cap. 4°. ex Alexandro Polyhistore Eupolemum citante // Subiungit deinde primum Babylonijs Belum regnasse, quem Latine Saturnum dicimus, à quo Belus secundus //

Belus Iupiter.
Belus Saturnus.

Hieronymus in Esayę caput. 46. // Cecidit, Ce
cidit, sive cõfractus est Bel, quem Græci Be
lum, idest Saturnum Vocant // Sive Saturnus
et Sol iuxta Isidori placitum l°. Origin. 8. // Belus Sol.
Bel Idolum Babylonium est, quod interpre
tatur Vetus, fuit enim hic Belus pater
Nini primus Rex Assyriorum, quem quidã Belus Assyriorũ Rex Nini pater.
Saturnum appellant, quod nomen, et apud
Assyrios, et apud Aphros postea cultum est:
unde et lingua Punica Bal (alij legunt
Baal) Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bal, sive Baal, aut Bel Deus.
Bel Vocatur, quadam Sacrorum suorum
ratione et Saturnus, et Sol. // Quod partim
Videtur sumptum ex Servio in illud ex
-i°. Æneid. Virgilianę = Quã Belus, et omnes
Á Belo soliti. // Belus (ait) primus Assyrio
rum Rex: quem constat Saturnum, quẽ et
Solem dicunt Iunonem q̃. coluisse, quę nu
mina postea apud Aphros culta sunt. Un
de lingua Punica Hel dicitur Deus: apud Hel Deus lingua Punica.

Assyrios Hel quadam Saturnum ratione, et Saturnus, et Sol. // partim Vero sumptum ex Augustino quæst. Super Iud. l°. 7. q°. 16. Tomo 4°. // Et servierunt Baal, et Astartibus. Solet dici Baal nomen esse apud gentes illarum partium Iovis, Astarte autem Iunonis, quod lingua Punica putatur ostendere: nam Baal Punici videntur dicere Dominum, unde Baalsamen, quasi Dominum coeli intelligantur dicere: Samen quippe apud eos coeli appellantur, Iuno autem sine dubitatione ab illis Astarte vocatur. Et quoniam istæ linguæ non multum inter se differunt, merito creditur de filijs Israël hoc dicere Scriptura, quod Baal servierunt, et Astartibus, quia Iovi, et Iunonibus. // Ciceroni quidem l°. 3°. De Natura Deorum, Quintus Hercules in India Belus dictus. Alij Vero negą. Saturnum, negą. Idem, negą. alium ex Græcorum Dijs, sed peculiarem Assyrijs Volunt fuisse

Astarte Dea eadem quę Iuno.

Baalsamen, Dominus Coeli.

Hercules in India Belus dictus.

Belum Deum primum ex hominibus hoc deo
rum nomine refert Eusebio in Chronic. // Pri
mus omnium Asiæ, exceptis Indis, Ninus Be
li filius regnavit, quem Belum Assyrij Deum
sibi nominavere. // S. Cyrillus lo. 3°. contra
Iulianum Belum affirmat etiam Arbelum
nuncupatum, et primum à subditis homini
Dei nomen accepisse, eiq. Assyrias gentes, et
finitimas sacrificia impendisse, cultum q.
adhibuisse divinum. S. Hieronymus in O
seam lo. i. cap. 2°. // Et erit in die illa. alto:
Primum omni Asiæ regnasse Ninū Beli filiū,
omnes Græci et barbari narrant historiæ:
qui apud Assyrios Ninum suinominis con
didit Civitatem, quam Hebræi Ninivem vo
cant alto: Hic adversus Zoroastrem magum
Regem Bactrianorum forti certamine dimica
vit: et in tantam pervenit gloriam, ut pa
trem suum Belum referret in Deum, qui He
braica dicitur Bel, et in multis prophetis ma
xime q. in Daniele: et iuxta Theodotionem

Ninus Nini Civita
tis Conditor, quæ in
sacris libris Ninive.

sub Idolo Babylonis hoc appellatur nomine. Hunc Sidonij, et Phœnices appellãt Baal, qui idem sit qui Belus etc. iuxta illius linguæ proprietatem nunc Beel, nunc Baal legitur // bene Genebrardus lo. Chronolog. i. A. M. 2049. de Belo Nini patre // A filio consecratus est dicata statua, ad quam confugientes leges e Vadevent. Vnde Baal, Beel, Bel, et Baalim apud prophetas Idolorum nomina. Putant aliqui fuisse Nimrod, qui hoc nomen sit consecutus, quoniam apud Syros, Hebræos, et reliquos Orientales Bel dominum sonat. Porro apud eos fuit Deorum supremus, ut apud Occiduos Iupiter. Quare fabulosè à supposititiæ Bursto Dijs maximis Orientalium Saturni Babylonici, Iouis Babylonici, Mercurij, et similium nomina imponuntur. Quoniam Orientales ante Alexandrum Macedonem istam nescierunt, et eorum Idololatria perpetua fuit à Græcia, et Occidua differẽs. Sed et Saturnus, Iupiter, et quicunq; alij

Baal, Beel, Bel, et Baalim idolorũ nomina.

Supposititicia quorundam Deorum nomina apud Auianum Berosum.

Orientales ante Alexandrum Magnum Græcanica sæcula nescierũt.

nominantur Græcorum Dij multo sunt Baalim, sive Belis posteriores. // Adhuc Genebrardus. Augustinus Torniellus in Annalibus Sacris Anno ab Orbe Condito. 1997. // Et exinde Bel tanquam Deus ab Assyris primum, et Chaldeis, mox etiam à cæteris gentibus coli cœpit, qui postea à populis pro Varietate linguarū diversimode appellatus est, nimirum Bel, Baal, Baalim, Belzebub, Belfegor, et huiusmodi; et quoniam Bel primus fuit, qui ab hominibus pro Deo habitus, et invocatus fuerit, iccirco eundem gentilitas Saturnum, quem Græci Deorum parentem fadunt, postea appellavit. // Ecce tibi Varie terminata Belis nomina, de quibus passim in Sacra pagina mentio fit, Belis nimirum, quod interpretatur Vetustus Deus, Vel Vir de Vo Bel quid significet.
vator, seu Dominus Vetustatis, aut Vir habens Vetustatem apud Gayam, et Baruch: Illius autem superbissimi templi Babylonici

apud Ieremiam cap. 51. sed clarius Danie
lis. 14. et ultimo capite. de quo etiam multa pro
phani Scriptores Herodotus l°. 1° Diodorus Si
Baal quid. culus l°. 3. cap. 4°. Arrianus l°. 3. et. 7°. Baal, quod
sonat idem quod Vir, vel Vetustus, sive ha
Baalim plurale. bens, aut hians, de Vorator Ve: et Baalim,
quod Velut plurale est respectu Baal, de
quibus in libris Numerorum, Iosue, Iudicum,
Regum, Paralipomenon Hieremiæ, Oseæ, So
phoniæ et epistola. B. Pauli ad Romanos:
Beel zebub interpretatio. Beel zebub, quod interpretatur Vir, aut Princeps,
Deus Ve muscarum, sive Vetustus Deus habēs
Muscas, aut de Vorans muscas: et in urbe Pa
lestine Accaron (hodie Acron) iuxta Azotum
cultum, cōsultumq' ex libro. 4°. Regum cap. 1°.
habemus, cuius mentio etiam apud Matthæū
. 10. et 12°. cap. Marcum. 3°. Lucam 11°. Ex pro
phanis Vero sub nomine Civitatis, in qua co
lebatur apud Plinium l°. 10. cap. 28. // In
Vocant et Egyptij Ibes suas contra Serpentiū

ad Ventum: et Cyrenaici Achorem Deum, muscarum multitudine pestilentiam afferentem: quæ protinus intervenit, qua litatum est illi, dic.// Verum tamen est in plurimis Plinianis exemplaribus pro // et Cyrenaici Achorem Deum // legi // et Elei Miagron Deum // cui lectioni suffragatur Pausanias, qui Myagri Dei meminit in Arcadicis, licet interpres Muscarium verterit, quod idem est, meminit etiam Solinus cap. 2°. quanvis in aliquibus exemplaribus pro // Myagrum Deum // Muscarum Deum legatur. Plinius l°. 29. cap. 6. non Myagrum, sed Myiodem Deum muscas fugantem vocat. Pausanias in Eliacis Iobis Muscarij meminit de Hercule á Muscis infestato agens.// Postea eum, sive id suo fecerit ingenio, sive alterius monitu Iobi Muscario sacrificasse, atq; ita muscas ultra Alpheum profligatas. Eodem etiam ritu Elei dicuntur sacrificia per solvere Iobi Muscario, quod muscas Olympia Elide expulerit.// et Iobem hac de causa

Achor Muscarum Deus.

Miagros Muscarum Deus.

Myiodes Muscarum Deus.

Iouis Muscarius.

„Ἀπόμυιον„ Apomyion deinde cognominatum
Beelphegor Quid. ferunt. Beelfegor Moabitarum Dei, quod in
urbe Nabó colebatur, alio nomine Chamos dicti
iuxta Hieronymi doctrinam in Isaye caput. 15.
mentio in libris Numerorum, Deuteronomij,
Iosue, Psalmorum, Oseę, quod nomen idem
sonat ac Vir, sive Vetustus Deus, hians, vel
habens hiatum, aut habens os pellis, vel pel
licum, seu superior pellis, aut dominus aper-
itionis, simulachrum ignominię, quod Vi
delicet Priapi nomine cultum a Grecis. S.
Hieronymus in Oseę caput. 4m. // Istius modi i
dololatria erat in Israël colentibus maxime
fœminis Beelphegor ob obscęni magnitudinę,
Beelphegor idem quod Priapus sonat. quem nos Priapum postumus appellare. //
Isidorus lo. Originum. 8. // Beelfegor interpre
tatur simulachrum ignominiæ. Idolum e
nim fuit Moab cognomento Baal super
montem Fegor. Quem Latini Priapum vocant
Deum hortorum. // Genebrardus in Psalmum
.105. numo. 29. // Beelphegor, quasi Dominus

apertionis, quem Priapum ab alijs vocatum nonnulli è Veris affinitate colligunt. // Forniclus tamen in Annalibus sacris A.M. 1583. ideo Idolum hoc Beelphegor dictum affirmat, quod esset Bel, seu Belis Babylonici Dei, et in monte Phegor colerentur. Denig. Belial, absq. iugo, vel absq. Domino significat. Isidorus ubi supra. // Belial, sine iugo. Belial Hebrai Belial quid.
ce Bel dicitur Idolum Ninivitarum. // suspicabar aliquando tum, humani generis hostem, qui in ipso mundi exordio similis esse altissimo voluit, hoc sibi Bel, seu Belis suisq. simulachris nomen imposuisse, quo magis diuinitatem præseferre viderentur. Quid enim aliud Bel, quam vetustus Deus? „Be„ siquidem, Ve Be, Vetustus.
tustus, „El„ unum ex Dei nominibus. Epipha El unum ex decem
nius hæresi. 40. // El, enim est Deus. Eloim, Dei nominibus.
Deus semper. Eli, Deus meus. // Genebrardus in Psalmum. 7m. Versiculo. 13. // Fortis et patiens periphrasis nominis „El„ unius e decem diuinis. // et in Psalmum. 49. Versiculo. Deus De

orum. // Nam hic sunt tria divina nomina „El„ potens, et fortis Deus. Elohim, Deus iudex, et ultor. Adonai, Tetragrammaton, Dominus misericors, sive beneficus. // Esse vero Dei nomen „El„ vel ex Angelorum nominibus liquet. Quid enim aliud Micha-el, quam quis sicut Deus? Gabri-el, fortitudo Dei? Rapha-el, medicina Dei? Uri-el, lumē Dei? si modo Uriel inter angelos computandus, omnium enim præter tres primos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem damnat nomina, Dæmonumq; dicit esse Romana Synodus sub Zacharia Pontifice celebrata: nam si ex eo, quod Esdræ 4°. cap. 4°. 5°. 10°. nominatur Archangelus Uriel, ideo talis habendus; habendus etiam Ieremiel, qui in eodem libro, capite. 4°. Archangelus dicitur. Sed certe liber ille apocryphus. At S. Ambrosius l°. 5. de Fide, S. Isidorus l°. Originum 7°. cap. 5. S. Bonaventura Centiloquij p^e. 3^a. sectione. 18. et aliquot Litaniæ illum invocant. Tutius tamen cum

Michael quid.
Gabriel quid.
Raphael quid.
Uriel quid.

Uriel an Sanctis Angelis adscribendus.

Romana Synodus sub Zacharia omnia Angelorum nomina, præter Michaelis, Gabrielis, et Raphaelis, damnat.

Ieremiel haud Archangelus habendus.

tota Ecclesia

tota Ecclesia sentire. Videndus Serarius in Tobiae caput. 12m. quaestiuncula. 11. 12. 14. sed de hoc nimis multa.

Apud Egyptios quoq; fuisse oraculum Iovis autor est Herodotus lo. 2o. — Iovis Aegyptij Oraculum

Neptunum olim in Parnasso habuisse oraculū refert non semel in Phocicis Pausanias, deinde q; apud Calabriam ante Troezenam sitam. — Neptuni Oraculum.

Martis oraculum extitisse antiquitus apud Aborigines Italiae populos autor est Dionysius Halicarnasseus Antiquitat. Romanar. lo. 1. // — Martis oraculum.

Rursum à Reate versus Latinam viam euntibus occurrit ad trigesimum stadium Vatia: ad quadragesimum Tiora, quae dicitur Matiena. In hac autem fuisse oraculum Martis antiquissimum non absimile illi Dodoneo celebrato in fabulis: nisi quod illic in sacra quercu sedentem columbam dicunt vaticinari solitam: apud Aborigines avis divinitus missa, quā ipsi Picum, Graeci Diocolaptem nominant, idem faciebat in columna lignea. //

M

Martis Oraculum in Thracia.

Fuit et apud Mysos Thraces, qui Atiam incolunt, aliud Martis oraculum, de quo Herodotus in Polymnia // Martis oraculū apud hos vivos est. //

Martis Oraculum in Ægypto.

Martis Oraculū in Egypto fuisse autor Herodotus idem lo. 2o.

Bacchi Oraculum.

Habuit etiam sua Oracula Bacchus, qui et Dionysius, sive Liber pater, si Macrobio credimus, is enim Saturnal. l. cap. 18. ex Aristotele in Theologumenis ita. // Tum etiam apud Ligyreos ait in Thracia esse adytum Libero consecratum, ex quo redduntur oracula. Sed in hoc adyto Vaticinaturi plurimo mero sumpto, ut apud Clarium aqua pota, effantur oracula. // cuius etiam meminit Herodotus in Polymnia, sive lo. 7. de Satris Thracibus agens. // Vivi in re bellica eximij, apud quos Oraculum est Dionysij, id est in editissimis montibus. Eorum qui in illo templo Vaticinantur sunt Bessi, aut Besti. Antistes vero qui reddit responsa quemadmodū Delphis, et nihilo magis Vatic. //

De Oraculo Herculis in Egypto breuiter Herodotus lo. 2°. // Siquidē Herculis illic oraculum est. // In Epidauro autem Æsculapij templo respōsa dari egrotantibus in somnis refert Solinus cap. 12°. // Epidauro deus est Esculapij sacellum, cui incubantes egritudinum remedia capessunt de monitis somniorum. // Idem ex Strabone lo. 8. colligi posse videtur: quinet ex Plauto in Curculion. et Origene contra Celsum lo. 3°. fere in initio, qui non ibi solum talia reddi oracula scribit, sed in alijs etiam oppidis Troiæ, Coo, Pergamo.

Herculis Oraculum in Ægypto.

Æsculapij Oraculum.

De Serapidis Oraculo, simulachro, templo q. deq. Apide bove apud Alexandriam Ægypti, (sive is Pluto sit, sive Iupiter, Nilus ve, aut Iosephus) multa Herodotus, Diodorus, Tacitus, Plutarchus, Eusebius Cæsar. Augustinus, Rufinus, Suidas et alij.

Serapidis Ægyptij Dei Oraculum.

Heliopolitani porro Dei, et Oraculi, sive is etiam Iupiter sit, aut Sol, late agit Macrobius Saturnalium 1°. cap. 23°.

Heliopolitani Dei Oraculum.

Iunonis Acreę Oraculū. Iunonis Acreę Oraculum antiquitus extitisse inter Lechęum et Pagas Corinthiorum ditionis refert 8°. libro Strabo, sed et Tertullianus l°. 1°. ad Uxorem (ut putat Gyraldus Syntagm. 3°) huius meminit Oraculi. // Acreę Iunoni apud Ægium oppidum Virgo sortitur. // Ceterum B. Rhenanus, et cum eo Pamelius in Notis ad Tertullianum non „ Acreę „ sed „ Achęę Iunoni „ legendum dicunt exeo, quod Ægium oppidū sit Achaię = quod excussi et manuscripti Codices ita habeant: possent et exeo, quod antiquitus, non suo tempore extitisse Oraculum Acreę Iunonis dicat Strabo, quorsum enim deinde sortiatur Virgo? sed alij viderint.

Minervę Oraculū apud Egyptios. Minervę oraculum apud Ægyptios commemorat Herodotus l°. 2°.

Dianę Oraculū Egypti. Oraculi etiam Dianę in eadem Provincia meminit idem Herodotus ibidem.

Dianę Sarpedonię Oraculum. Dianę Sarpedoniæ Oraculi mentionem fecit Strabo l°. 14°. // In Cilicia (inquit) est etiam Sarpedoniæ Dianę templum, et oraculum;

Vaticinantur autem divino instinctu furore. //

Paphię Veneris templum, oraculumq; in Syria describit Tacitus Annal. 2. quęq; ibi ex Deę nutu Sostratus Sacerdos consulenti Tito prędixerit. Suetonius in Tito cap. 5. // Aditoq; Paphię Veneris oraculo, dum de navigatione consulit, etiam de Imperij spe cõfirmatus est. //

Veneris Paphiæ Oraculum.

Latonę in Ægypti urbe Buti oraculum memorat Herodotus lo. 2o. non semel, ubi inter alia // De Oraculo autem quod est in Ægypto, cum fecimulta verba, tum faciam dere memorare digna. Est enim oraculum hoc in Ægypto, templum Latonæ positum in magna urbe, cui nomen est, ut superius à me dictum est, Buto contra ostium Nili, quod Sebennyticum appellatur à superiore parte maris flumen subeuntibus. In hac urbe templa sunt Apollinis, Dianę q; et in quo redduntur oracula Latonę, grande illud, et porticum habens decem passibus sublimem. //

Latonę Oraculum in Ægypto.

Tethys Oraculi in Etruria meminit Plutarchus

Tethys Oraculum.

in Romulo // Tethyos porro fuisse in Etruria oraculum: inde Vaticinium Tarchetio allatum, quod iuberet Virginem cum eo spectro coire. Eam partu edituram filium Virtute, fortuna, ac robore inclytum. //

Carmeli Dei Oraculū. Carmeli Dei, et montis, Oraculiq', meminit Tacitus dicto l°. 18. his Verbis // Est Iudeam inter Syriamq' Carmelus, ita Vocant montem, Deumq'. nec simulachrum Deo, aut templum, (sic tradidere maiores) aram tantum, et reverentiam. Illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas Versaret animo, Basilides Sacerdos inspectis identidem extis, quidquid est, inquit, Vespasiane, quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliare servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum. // Sed revera nullum Deum Carmelum nomine legimus: ideoq'. Levinus Torrentius in Commentar. in Suetonium cap. 5°. // Carmelum (inquit) Vocant Tacitus, et Suetonius Deum, qui sine nomine est, et regnat in æternum. //

forsitan (ut habet quidam autor Chronici Carmelitarum l. 1°. cap. 26) Vespasianus facellum Carmelitana familiq notq sanctitatis iamtunc ibi commorantis (ut Vultidem autor) adiit, et ut alienigena Deum, cuius ignorabat ineffabile nomen, eiusdem cum monte nominis credidit. Sed quomodo ibi eruentum Vespasiani sacrificium á Christianis, et religiosis hominibus admissum; quomodo ex immolatorum fibris prædixerit futura Sacerdos Basilides contra Veteris, ac novq legis præscripta, non Video. Verum enim vero Oracula hqc in Carmelo mõte data non a Christianis, nedum á religiosis Viris, docet Orosius l°. histor. 7°. // Iudqi post passionem Christi destituti intotum gratia Dei, cum omnibus undiq; malis circumvenirentur, quidam in Carmelum montem seducti sortibus, quæ portenderent, exortos a Iudqa ducis verum potituros fore, bellum ad se trahentes in rebellionem exarserunt. // Sed de Carmelo Deo compulso a Vespasiano Suetonius ineodem,

An in Carmelo imperium Vespasiano prædixerit Christianus Sacerdos.

cap. 5°. // Apud Iudæam Carmeli Dei oraculū consulentem ita confirmavere Sortes, ut quidquid cogitaret, Volveretq; animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. // Collatius quoq; apud Casaubonum in Notis in Suetonium, de augurijs Imperij Vespasiani //

Vulsa solo, frondesq; novas induta cupressus
Nunc habet illa fidem: Matathiademq; locutum
Vera tibi Vatem, et Carmeli oracula disces. //

Besæ Dei Oraculum. Oraculi Besæ Dei mentio est apud Ammianū Marcellinum l°. hist. 19. circa finem // Oppidum (inquit) est Abydum in Thebaidis parte situm extrema. Hic Besæ Dei localiter appellati Oraculum quondam futura pandebat priscis circumiacentium regionum ceremonijs solitum coli. et quoniam quidam præsentes, pars per alios desideriorum indice missa Scriptura supplicationibus expresse conceptis consulta nec minum sciscitabantur, chartulæ, seu membranæ continentes quæ petebantur, post data quoq; responsa interdum remanebant in fano. //

Amphiarai Thebani Vatis Oraculum fuisse a Amphiarai Oracula.
pud Oropios Atticæ urbem referunt multi, Strabo
lo. 9. Pausanias, qui illud late describit in Atti-
cis, late etiam Philostratus in Vita Apollonij
lo. 2°. cap. 14. et lo. 4°. cap. 8. pulcherrime
autem lo. Iconum. 2°. Tertullianus in lo. de
Anima, Clemens Alexandr. in Orat. exhort. ad
gentes. Sed ante hos Herodotus lo. 1°. et 8. Cicero
lo. 1°. de Divinatione. ubi sic. // Amphiaraum
Vero sic honoravit fama Græciæ, Deus ut ha-
beretur, atq. ub ab eius solo, in quo est humatus,
oracula peterentur. // Quod fere vegetit Vale-
rius Maximus lo. 8. cap. 16. // Eadem gens
(scilicet Græca) summo consensu ad Amphia-
raum deorandum incubuit, locum, in quo hu-
matus est, in formam conditionem q. templi re
digendo, atq. inde oracula capi instituendo:
eius cineres idem honoris possident, quod Py-
thiæ cortinæ, quod aheno Dodonæ, quod Ha-
monis fronti datur. // de quo Statius, ut retulimus,
Thebaid. 8°.

Iamq. erit ille dies, quo te quoq. conscia fati
Templa colent, reddet q. tuus respôsa Sacerdos. //

Amphiloci Oraculum. Amphilocum etiam Amphiarai filium (ut testantur Thucidides l°. 2°. Strabo l°. 3°. et Pausanias in Atticis) eque cultum, ac patrem, oraculaq. pariter habuisse in comperto est. idem Pausanias ibidem. // Amphilochi in Atheniensium urbe etiam ara est, et in Ciliciæ Mallo oraculum mea ætate omnium Veracissimum. // cuius quoq. mentio apud Plutarchum de Oraculorum deffectu, et libello de Tarda Dei Vindicta. Iustinum Martyrem Apologia. 2ª. Clementem Stromatum. 1°. et inadhortat. ad Gentes. Tertullianum in libro de Anima.

Mopsi Oraculum. Mopsi Apollinis, et Mantus filij, Tiresiæ nepotis ex Strabone l°. 14°. Oraculum etiam extitisse in Cilicia locuples autor Plutarchus de Oraculorum deffectu. // Me certe præsente Mopsi, et Amphilochi Oracula adhuc florebant. De Mopsi oraculo quiii interfui, rem habeo commemorare stupendam. etta // Com

memorat Tertullianus dicto libro de anima
Clemens Alexandrinus Stromat. i. Lactantius
Statij interpres in illum ex 3. Thebaid. Verum
Saepius in dubijs auditus Iasone Mopsus.
Mopsum ait Apollinis, et Himantis filium,
et de eo ita. // et in tantum magnus fuit Mopsus
in augurandi peritia, ut post mortem ei templa
dicata sint, á quorum adytis saepe homi
nes responsa accipiunt. //
Calchantis Oraculi meminit Strabo l. 16. // Pro Calchantis Oraculũ.
ximo collis in Daunia est, Drium nomine, a
pud eum sacella monstrantur, unum Calchan
tis in Summo Vertice: cui qui oraculum re
quirunt arietem immolant nigrum, et in
dormiunt eius pelli ejus. //
Fuisse et in Troade Sarpedonis Oraculum re Sarpedonis Oraculum.
fert Tertullianus dicto loco, pro quo citat eti
am Pamelius Philostratum in Heroicis: Verum nihil
ibi de Oraculo Sarpedonis; de Sarpedone aliqua.
De Mucci quoq; Oraculo egit Herodotus l. 3o. Mucci Oraculum.
fuisse autem illum Vatem Vivente, mortuũq;

referunt Strabo libro. 16. Pausan. in Phocicis.

Orphei Oraculum. Orpheum in Lesbo dedisse oracula, et Apollinea frequentiora, quandiu illi ab Apolline concessum fuit, scribit Philostratus in Vita Apollonij lo. 4o cap. 4o. de quo nonnihil Strabo lo. 16. Clemens Alexandrinus Stromat. 1o.

Bachidis Oraculum. Oraculorũ Bachidis Bœti (quem Bacidem Appellat Herodotus) mentionem fecere idem Herodotus lo. 2. et 8. nec non Cicero de Divinatione lo. 1o. Pausanias in Messenicis, et in Phocicis; Plutarchus in Opusculo de Virtutibus mulierum: Clemens Alexandrinus Stromatum. 1o. quidam fuisse Bacidas ait, Bœotum unum, alterum Arcadem, Utrumq; prædixisse multa.

Epimenidis Oraculũ. Fuit et Epimenidis Cretensis Oraculum Cicero eodem lo. 1o. de Divinatione. // et non nũquã Vaticinantibus per furorem, ut Bacchis Bœotijs, ut Epimenides Cres. // quod aliqualiter videtur confirmare Strabo lo. 10. dum ait Phæsto Cretæ urbe oriundum Epimenidem, qui carmina sua lustrabat.

Aristomenis Oraculi apud Messenios memi nit in Messenicis Pausanias. Aristomenis Oraculū.

Menesthei oraculum fuisse in Hispania Scri bit Strabo l°. 3. agens de Menesthei portu, Vulgo „puerto de Santa Maria„ // Hisce in locis Ora culum Menesthei est. // Menesthei Oraculum.

Autolyci apud Synopem Oraculi meminit i dem Strabo (Autolyci enim legendum ex Graeco textu, non Autolyti) l°. 12°. de Synope agens Ponti urbe // Lucullus conservatis reliquis Sino pes ornamentis, Billari tantum Sphaeram abstu lit, et Sthenidis opus Autolyci statuam, quem illi urbis conditorem existimantes divinis cole bant honoribus. fuit etiam oraculum eius. // Autolyci Oraculum.

De Hermiones Oraculo in Macedonia mentio apud Tertullianum dicto libro de Anima. Hermiones Oraculum.

De Leucothea phano, et Oraculo ita Strabo l°. 11°. // Supra dicta flumina in Moschica regione situm est Leucotheae templum à Phrixo conditū, ibiq. oraculum eius, ubi aries nominatur. // Leucotheae Oraculum.

Inonis templi et oraculi in Laconica meminit Inonis Oraculum.

in Laconicis Pausanias. // Octylo Thalamos
usq; Via est Stadiorum circiter octoginta. In
itinere Inonis templum est, et Oraculum.
Dormientes ibi responsa accipiunt, et quæcunq;
audire expetunt, de his somnia eis ostendit
Dea. Simulachra in templo quæ sub Dio posi
ta sunt, unum Paphiæ, Solis alterum. // Ino
porro filia fuit Cadmi, uxor Athamantis, quæ
cum Melicerta filio in mare præcipitans
secundum fabulas in marinam conversa Dea
Leucothöe Græcis, Latinis Matuta dicitur. fa
bulam Vide apud Naso nem Metamorph. 4°.
et Fastorum. 6. Pausaniam in Atticis prope
finem. de alio Leucothes oraculo proxime supra.
Oraculi Pasiphaes, sive Pasiphaës meminit in
Agide Plutarchus. // Antiquorum potius Oracu
lorum memoriam repeterent, quæ Vitare stadi
um pecunia, ut Spartæ pestiferum iuberent,
Sortiumq; nuper à Pasiphaë allatarum. Fuit
Pasiphaës fanum, et oraculum Thalamis cul
tum, quam nonnulli unam Atlantidum Iove

natam fuisse perhibent, Ammonis matrem: a
lij Cassandram Priami filiam ibi mortuam,
et quod omnibus efferret (Graece id „Pasiphę
nein„ dicitur) oracula Pasiphaam cognomina
tam. Phylarcus Daphnem Amyclę filiam ait,
cum Apollinem concumbere sibi cupientem fu
geret, in laurum conversam, eiq; honorem
à Deo habitum, vaticinandiq; facultatem cō
cessam: huius ergo vaticinationes aiebant. etc.//
Idem in Cleomene // Accidit ijs diebus, ut qui
dam ex Ephoris in fano Pasiphaę dormiens
per somnium sibi videretur etc.// et de hoc
proculdubio phano, oraculoq; egisse Cicero
nem dicendum l°. de Divinatione. i°. et ita
recognovit Gotifredus in Notis, licet omnia fere
exemplaria perperam „Pasitheę„ habeant, qui
libet iudex esto. // Atq; etiam (inquit Tullius)
qui pręerant Lacedemonijs (Ephori, Reges ve)
non contenti vigilantibus curis in Pasiphaę
fano, quod est in agro propter urbem, somniā
di causa excubabant, quia vera quietis oracu

la ducebant. // Tertullianus in l°. de Anima Pasiphaę in Laconia Oraculi mentionem fecit. Credit Pamelius Tertulliani interpres hoc Pasiphaę oraculum unum idemq. esse cũ Oraculo Inonis, sive Inus, de quo nos proxime ex Pausania in Laconicis, et ibi pro „Paphię„ reponendum Pasiphaę, qua in re lubens assentior Pamelio, cum et locus et Vaticinandi modus sibi conveniant, forte q. oraculum, ac phanum duobus celebratum nominibus, iam Inonis, iam Pasiphaę: Vellem Graecum Pausanię Codicem Vidisse.

Pausanię locus restitutus.

Nympharum Oraculũ. Cithęronides nymphas sic á Cithęrone mõte dictas responsa olim in eodem dedisse monte, autor Pausanias in Bœoticis.

Gallici Dei Oraculũ. Oraculi cuiusdam Gallici numinis meminit Mela l°. 3. cap. 6. // Sena in Britannico mari Osismicis adversa littoribus Gallici numinis Oraculo insignis est, cuius antistites perpetua Virginitate Sanctę: numero novem esse traduntur. Gallicenas vocãt. ett°. // Vide singularẽ locum.

De Druidarum

De Druidarum in Gallia religione, Sacris, Oraculis q. multa multi, ideo libens pretereo. Druidarum oracula, et religio.

De Paliconum Oraculo in Sicilia egit late Macrobius Saturnal. 5°. cap. 19. explicans Virgilianum illud exq°. quid = Symethia circum Flumina, pinguis ubi, et placabilis ara Palici. licet „implacabilis„ legatur apud Macrobium, „placabilis„ vero apud Servium, cuius lectionis rationem reddit utrvq; concludit demum Macrobius. // Nec sine divinatione Paliconū templum. Nam cum Sicilian servilis annus occupasset, divino Paliconum responso admoniti Siculi Heroi cuidam certum sacrificium celebravernnt, et revertit libertas. // Paliconum Oraculū.

Mortuorum Oraculi in Averno Italiq meminit Strabo 5°. 5. // Quinos etate antecesserunt Necyvq Homericae fabulas Averno applicavernnt, atq. adeo narrant fuisse ibi Oraculum, ubi Vita functi responsa darent, eoq. Ulyssem ad venisse. //. Mortuorum Oraculū.

Cynnium Oraculi fecit mentionem Herodotus Cynniū Oraculum.

lo. 4o. // Ex hac tribu Viri, cum sibi non permanerent filij, ex Lycaonium Oraculo delubrum Laio, et Œdipodæ exstruxerunt. //

Panis Oraculum in Arcadia.

Pan etiam Deus in Arcadia templum, et Oraculum habuisse dicitur. Pausanias in Arcadicis. // Inde per scalas ascendes in Edem Panos, in qua portions est exstructa, et simulachrum non magnum. Sicut autem Deorum potentiss imis, ita et huic Pani licet homines voti facere compotes, et de improbis quam sint meriti, pœnam sumere. Apud Pana hunc ignis inde ditur, qui nunquam deleatur. Dicitur idem Deus olim fuisse Vaticinator, et responsa dedisse per Evatonem Nympham. etc. //.

Panis Oraculum in Elide.

Aliud Panis oraculum apud Pisam Elœorum urbem describit Statius Thebaid. 3o.

= Et undosq; qui rusticus accola Pisæ
Pana Lycæonia nocturnum exaudit in umbra.

quæ dere ita Lactantius eius interpres. // Pana apud Pisas rusticos numine suo replere solet, datq; Oracula qui impletur Deo. //.

Fuit et Fauni celebre in Latio, quod in som Fauni Oraculum.
nis responsa petentibus dabat. Virgil. Eneid. 7°.

At Rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit: lucos q' sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sævam q' exhalat opaca Mephitim.
Hinc Italæ gentes, omnis q' Œnotria tellus
In dubijs responsa petunt: huc dona sacerdos
Cum tulit, et cæsarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnos q' petivit.
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruitur q' deorum
Colloquio, atq' imis Acherontа affatur Avernis.
Hic et tum pater ipse petens responsa Latinus.
et inferius.
Hæc responsa patris Fauni, monitus q' silenti
Nocte datos non ipse tuo premit ore Latinus.
Demum.
Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.
nec mirum id cum juxta Isidori doctrinam
originum. 8°. // Fauni à fando dicti, quod voce Fauni unde dicti.
non signis, ostendere viderentur futura. In lucis

enim consulebantur à Paganis: et responsa illis, non signis, sed Vocibus dabant.//

Gerionis Oraculum. De Gerionis Oraculo iuxta Patavium ita Suetonius in Tiberio cap. 14.// Et mox cum Illyricum petens iuxta Patavium adisset Gerionis oraculum, Sorte tracta, qua monebatur, ut de Consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret: Evenit, ut summum numerum iacti ab eo ostenderent: hodieq; sub aqua Visuntur ij tali.// adhuc Suetonius.

Fortunæ Prænestinæ Sortes. Fortunæ Prænestinæ, et Sortium Prænestinarum, quoq; modo inventæ sint, longam texuit narrationem Cicero l°. 2°. de Divinatione. Strabo l°. 5°.// Præneste autem fanum, et oraculum Fortunæ celebre est.// Suetonius in Tiberio cap. 63.// Vicina vero urbi Oracula etiam disiicere conatus est: sed maiestate Prænestinarum Sortiũ territus destitit: cum obsignatas, devectasq; Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum.// Et in Domitiano cap. 15.// Prænestina Fortuna toto imperij spatio annum

novum commendanti, lętam eamdemq. sortē semper dare assueta: extremo tristissimam reddidit, nec sine sanguinis mentione. // Lampridius in Alexandro // Huic sors in templo Prænestino talis exstitit, cum illi Heliogabalus insidiaretur. = Si qua fata aspera rumpas,

Tu Marcellus eris. // Delubri Fortunę Prænestę meminit Plinius l°. 36. cap. 25°. ex Poëtis Propertius l°. 2°. Eleg. 30. ad Cynthiam. Propertij locus enodatus.

Nam quid Prænestis dubias o Cynthia sortes,

Quid petis Achęi moenia Thelegoni?

qua paraphrasi iterum repetitur Prænestę, cū á Thelegono Ulyssis, et Circes filio cōditā dicatur, referente Plutarcho in libello de Græcorū, et Romanorum comparatione ex autoritate Aristoclis de rebus italicis. Acron vero in illud Horatij ex Ode. 29ª. libri tertij

Thelegoni iuga parricidę.

Thelegonum, ait, Tusculum urbem condidisse, de q. Tusculo loqui Lyricum, quod cōfirmat in Coment. Od. 1ª. Epodi. Idq. tenet Lambinus.

et Videtur posse colligi ex Livio l°. 1°. et Dionysio Halicarnasseo Romanar. Antiquit. l°. 4°. uterq; enim dicit Tarquinium superbū Romanorum Regem generum sibi adscivisse Octavium Mamilium Tusculanum Latinę gentis Principem oriundum, ut fama erat, ex Thelegono Ulyssis, et Circes filio: Cœterum Plutarchi mihi potior autoritas, cui consonat Pliniana affirmans l°. 3°. cap. 5°. Prenestem urbem Stephane quondam dictam. prętergnā quod minime sequitur necessario, fuisse Thelegonum Tusculi conditorem ex eo, quod originem ab illo duxerit Tusculanus Mamilius, independenter enim ab hoc condidisse potuit Thelegonus Prenestem, et non Tusculum, Vel utramq; urbem: cuius tamen rei nullus autor. Cœterum Prenestinarum sortium meminere pariter Statius l°. Sylvarum. 1°. Syl. 3ª.

Quod ni templa darent alias Tyrinthia sortes,
Et Prenestinę poterant migrare sorores.

quibus Verbis innui quoq; Videtur in aliquo

Herculis templo sortes dari. Silius l°. 8°.

Hinc Tybur Catilletuum, sacrisq. dicatum
Fortunę Pręneste ingis.

Affert Levinus Torrentius in Commentarijs in Suetonium Argenteum nummum M. Plętorij Cæstiani habentem ex altera parte cuiusdam Deę effigiem, ex altera vero Iuvenem comatum sub pectore arcam tenentem cum hac inscriptione. SORS. quem etiam nummum in suis Romanis familijs, in Plætoria videlicet, apponit Fulvius Ursinus. Fortasse arca hęc oleaginea Sortium Pręnestinarũ, cuius historiam late retulit Cicero loco prędicto secundi libri de Divinatione, hoc tamen divinare est.

Fortunæ similiter apud Antium extitisse oraculum, seu Fortunarum (duarum enim in quibusdam Augusti nummis argenteis à Q. Rustio Triumviro monetali cussis apud Goltzium in Augusto, Torrentium in Commentarijs in Suetonium, Ursinum in suis familijs, et in Musęo nostro visitur imago cum hac inscriptione. Q. RVSTIVS. FORTVNÆ. ANTIAT. ex

Fortunę apud Antium Oraculum.

una parte, ex adversa vero templum, in cuius medio scriptum FOR. RE. idest Fortunæ reduci: in orbe autem CÆSARI AVGVSTO. EX. S.C. ex Senatus Consulto) Fortunarum, in quam apud Antium oraculum extitisse refert Macrobius Saturnal. 1°. cap. 23. // Ut vidimus apud Antium promoveri simulachra Fortunarum ad danda responsa. // de quibus Suetonius in Caligula cap. 57. // Monuerunt et sortes Antiatinæ, ut à Cassio caveret. // Martial. l°. 5°. Epigram. 5°.

Antij Periphrasis.

Sed tua veridicæ discunt responsa Sorores,
Plana suburbani quâ cubat unda freti.

Vide plura hac de re apud Horatij interpretes Acronem, et alios, sed Torrentium præcipue in Od. 35. primi Carminũ libri

O Diva gratum, quæ regis Antium.

et hæc de fallacibus inanium Deorum oraculis, quorum vanitatem vel ipsimet religionis nostræ hostes irrisere Lucianus in Iove Tragœdo, Porphirius apud Eusebium Cæsariensem l°. 1°. de

Præparatione Evangelica cap. 6. qui deinde cap. 10. usq; ad finem libri plura oraculorum mendacia refert ex Oenomao in libro de Falsitate Oraculorum, quæ etiam acute subsanat Coelius Calcagninus in suis Oraculis (Veracia Sybillarum consulto mitto de ijs enim plurima complures; sicut Oraculorum, quæ in quibusdam Sanctorum legendis nominantur Astarothi, et Berithi in Armenia minori in S. Bartholomæi: Serapidis in Thracia in S. Apollinaris: Apollinis in monte Casino in S. Benedicti: Vel ex eo solum quod Sancti Bartholomæi gesta ut pote a Pseudo abdia conscripta vel fabulosa, vel incerta; in Vita vero Sancti Benedicti Beatus Gregorius Magnus egit certe de simulachro Apollinis, sacris lucis q; de Oraculis autem ne verbum quidem.) hæc inquam de Oraculis speciatim colligere potui, forsitan et alia alibi fuerunt, quæ me lateant. Consulta autem, ac responsa dedisse varijs modis invenio: Delphicum enim,

Oraculorum mendacia

F. Apud Nasamones Aphricæ gentem ex Herodoto in Melpomene, seu l°. 4°. // Divinant ad suorũ accedentes monumenta: et illic ubi prius perege runt, indormiunt. Vbi quod cunq. per quietem in somnium Viderunt, eo utuntur. //



Varij in Oraculis reddendis modi.

Delium, Lycium, Dodoneum, et alia quedā statis diebus Voce consulta, in eis responsa Vocedabat antistes in aliquibus Vir, in alijs fœmina Tripodi insidens, aut in Tripode stans. in Apollinis Ismenij, in Paphiæ Veneris templo ex immolatorum extis responsa reddebat Sacerdos, sicut et in Carmelo, si Tacito credimus. In somnis Vero alibi reddebantur, ut in Æsculapij Epidaurio templo, in Amphiarai apud Oropios, in Inonis, seu Pasiphaæ ad Thalamos in Laconia, in Fauni in Italia ex Virgilio. F. Nutu autem, et signis, ut in Ammonis, et Serapidis oraculis, in Aristomenis apud Messenios. Aqua prius epota à Sacerdote, ut in Clario. Vino ut in Bacchi apud Lygereos ex Macrobio. Sanguine agni ut in Apollinis Diradiotis ex Pausania. In fontibus, ut in Castalia ex Ammiano Marcellino 2°. 22°. Apollinis Thyrxei apud Cyaneos, de qua Pausania in Achaicis, Cereris in Achaia teste eodem ibidem. Inonis etiam ex ipsomet in Laconicis.

Forensem Mercurium apud Pharim Achaiæ urbem consulentes quibusdam peractis cæremonijs, et stipe relicta, obturatis utraq. manu auribus à foro, ubi sub dio positum erat simulachrum, discedebant: forum vero egressi amotis manibus, quamcunq. illi prius audiissent vocem, id sibi oraculum arbitrabantur, ex Gyraldo syntag. 7°. Quis scit an inde apud nos vox „ aguero „ ut Græcanicæ pleræq. et non ab augurio latino nomine? Græce enim Forensis hic Mercurius „ αγορ αῖος „ Agoreos nuncupabatur. Lauroquoq. in Veneficijs, lustrationibus, Sortilegijs, divinationibusq. usos antiquos, palam est: in Veneficijs testatur Theocritus in Pharmaceutria.

Agoreos Mercurius Forensis, unde forsã apud nos Vox „ aguero. „

Lauri Sortes.

Has laurus, hæc mista fer huc, age, Thestyli philtra,
Atq. hæc purpureæ tege pocula vellere lanæ,
Excantare virum magno mihi amore molestũ
Aggredior. et inferius
Delphis me malus urit, ego hãc in Delphide laurũ,

Laurus in Veneficijs

quem imitatus Virgilius in Pharmaceutria sua
Sparge molam, et fragiles incende bitumine lauros,

Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurũ.

Laurus in Lustrationibus.

In lustrationibus, et purgationibus afferit Plinius. l°. 1°. cap. 30. ex Poëtis vero Ovidius Fastorum. 5°.

Uda sit hinc laurus, lauro spargunturab uda
Omnia quæ dominos sunt habitura novos.

et. Spargit et ipse suos lauro rorante capillos.

quod voluisse videtur Propertius l°. 4°. Elegia de pugna Actiaca.

Ite procul frondes, alio sint aëre noxę,
Pura novum vati laurea mollit iter.

Juvenalis Satyra. 2ª.

= Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tędis, et si foret humida laurus.

Aurelius Olympius Nemesianus Egloga. 4ª.

Quid est quod me pagani mater Amyntæ
Ter vitijs, ter fronde sacra, ter ture vaporo
Lustravit, cineresq. aversa effudit in amnem
Incendens vivo crepitantes sulphure lauros.

Laurus in sortilegijs, ac divinationibus.

In sortilegijs, divinationibusq. duplici modo altero nimirum accensa lauro. Dionysius Uti

censis libro de Agricultura. 11. cap. 3°. de lauri historia. // Sed et in Vaticinijs ea accensa prophetiæ assistentiam invenisse videtur. // In iecta namq; in ignem eius folia, si cum fragore cremabantur, fœlicitatem portendebant. Tibullus l°. 2°. Elegia. 6.

Ut succensa sacris crepitet bene laurea flammis,
Omine quo fœlix, et sacer annus eat.
At laurus bona signa dedit, gaudete coloni,
Distendet spicis horrea plena Ceres.

Laurus in flammis.

Sin minus, inauspicatissimum. Propertius l°. 2°. elegia ad Iovem pro amica ægrotante.

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi,
Et iacet extincto laurus adusta foco.

Altero modo pulvillo dormientium supposita, tunc enim veritatem somniorum conciliare credebatur laurus. Fulgentius in Mythologicis. l°. 1°. // At vero amica Apollinis ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut Antiphon, Philocrus, et Artemon, et Serapion Ascalonites promittāt in libris suis, laurum si dormientibus ad caput

Lauris in somnis

potueris, Vera somnia esse Visuros. // Quade re Petrus Comestor Historiæ Scholasticę autor in Genesis libro, cap. 66. de Rebecca Isaac uxore Uterum gestante, ubi enim Vulgata nostra cap. 25. habet // Perrexit q' ut consuleret Dominum // itaille. // Mater Vero graviter afflicta nollet concepisse, et fere desperans de partu perrexit, ut consuleret Dominum. Tamen quia non locus consulendi Dominum, nec modus, nec per quos consuleret Dominum, adhuc legitur institutum, forte ad montem Moria, ubi Abraham altare fecerat Domino, ivit: et immolatis hostijs, substratis pellibus earum incumbens, per somnium accepit oraculum. Forte more gentium, quem Viderat in parentibus, speciem lauri, quam Tripodem dicunt, capiti supposuit: et ramis arboris, quæ agnus castus dicitur, incubuit: ubi Visiones capitis phantasticas non sentiret. // quod ex ipso Historiarum magistro referunt multi. et his de causis divinationis symbolum laurus. Aphtonius Rhetor in pręexcitamentis, de lauro. // Cum hæc primum apparuit planta Apollinis honori

Laurus Divinationis Symbolum.

statim dicata est. etto. et hoc accommodatum di
vinationis symbolum fuisse puto. // Dionysi
us ubi supra. // Exeo tempore Vaticinationis sig
num arbor fuit. // Iure itaq. Claudianus Lo. 2o.
de raptu. = Venturi praescia laurus.
Eluciat. et Panegyric. 3o.
Littora fatidicas attollunt Delia lauros.
Ceterum de lauro qui plura velit, consulat
libru de Natura rerum Lo. 17. cap. 4to. Bercoriu
hist. Natural. et Moral. Lo. 12. cap. 84. Rho
diginum Antiquar. lect. Lo. 5. cap. 10. Horte
sium in Lucanum Lo. 1o. Minoëm in Alciati
emblem. 210. Capacium Lo. 2o. delle Impre
se. cap. 76. et complures alios. Merito itaq. ut
Apollineas arbores lauream, et myricam con
iunxit Virgil. Eclog. 10.
Illum etiam lauri, illum etiam flevere myrice
nam et per myrices ramos etiam reddebantur
oracula forte in Apollinis myricei templo
apud Lesbios ex Natali Comite Mythologic
libro. 4o. cap. 10. qui per illam Vaticinari solitos
Magos, ac Scythas ait: habere autem vim

Divinatio per myrices ramos.

quamdam divinationis, testatus est in Theriacis Nicander.

Inde novum fruticem sterilis tu sume myricę
Quę vates venerandos viros est inter. Apollo
Iura virûm huic tribuit, ventura q. dicere clarus.

Per tabellas obsignatas ut in Heliopolitano templo, sicut et per chartulas, et membranas in Besę petebantur responsa. In Pręnestinis sortibus robore incisas priscarum literarum notas

Sibyllinę sortes.

l°. 2°. de Divinatione testatur Cicero. Ex Sibyllinis libris, ac versibus petitas sortes apud Romanos, notius est quam ut probatione indigeat, consule Ciceronem, Livium, et alios Romanarum rerum scriptores, sed Solinum pręcipue cap. 8. Agellium l°. 1°. cap. 19. Lactantium Firmianum l°. 1°. cap. 6. Unum tamen obiter dicam intelligi nimirũ de Sibyllinis sortibus Tibulli versus l°. 2°. elegia 5ª. partim ex Josephi Scaligeri elucidatione, partim ex nostra.

Tibullus illustratus.

Quodq. Albuna sacras Tyberis per flumina sortes
Portarit, sicco perluerit q. pede.

non quidem de versibus ex Cumeę Sibyllę libris,

ij enim in occulto

(ij enim in occulto semper, nec ab alijs, quam à quindecim Viris inspici fas fuit:) sed de Sibyllę Tyburtinæ, quæ Albunea nomine decima inter Sibyllas, de qua sic Lactantius Divinarum Institutionum 2°. 1°. Cap. 6. // Decimam Tyburtem nomine Albuneam, quę Tyburi colli tur ut Dea iuxta ripas Anienis, cuius in gurgite simulachrum eius in Ventum esse dicitur tenens in manu librum, cuius sacra Senatus in Capitolium transtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur, et habentur, pręter quam Cumeę: cuius libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ullo, nisi à quindecim Viris inspici, fas est. // et huius Tyburtinæ Sibyllę Albuneę dictę meminit Suidas.

Quin et Versibus Homericis datas Sortes (Versibus ut supradictum fere semper oraculares pondebant.) Constat ex Dione 2°. Romanę historiæ. 78. cuius rei nos in Beli Dei oraculo meminimus. Captabantur quandoq. Oracula et Sortes ex Virgilianis Versibus, qui quo pri

Sortes ex Versibus Homericis.

Sortes ex Virgilianis Versibus.

num agentis esset liber sese Visui obtulisset, vel in schedulis sorte inscripti primi exiis sent. Spartianus in Hadriano // Quo quidē tempore cum sollicitus de Imperatoris ergate iudicio Virgilianas Sortes conferret,

Quis procul ille autem ramis insignis oliva
Sacra ferens? nosco crines, incanaq. menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundabit Curibus parvis, et paupere terra,
Missus in Imperium magnum, cui deinde subibit.

Sors exiidit. // Lampridius in Alexandro. // Huic Sors in templo Prenestino talis exstitit cum illi Heliogabalus insidiaretur.

= Si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. // quod Virgilianum est ex Eneid. 6. nam et Virgilianis Versibus Sortes ibi dari iam introductum apparet. Sed infestus idem Lampridius // Ipse autem cum parentis hortatu animum à Philosophia, et Musica ad alias artes traduceret, Virgilij Sortibus huiusmodi illustratus est:

Excudent alij spirantia mollius ęra etta
usq. ad illum Versum
Parcere subiectis, et debellare superbos. //
Trebellius Pollio in Divo Claudio // Item
cum in Apennino de se consuleret, responsum
huiusmodi accepit:
Tertia dum Latio regnantem Viderit ęstas.
item cum de posteris suis:
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
item cum de fratre Quintillo, quem consortem
habere Volebat imperij, responsum est:
Ostendent terris hunc tantum fata. //
qui omnes Virgiliani sunt Versus, duo pri
mi ex. 1°. Æneidos, tertius ex. 6°. Ex Sacris
etiam libris simili modo desumptas Sortes
apud Christianos affirmat Augustinus l°.
Confessionum. 8. cap. ult°. et Epistol. 119. cap.
.20. canonizata in cap. Liquet .26. q. 2ª. qu
anvis ad saecularia negotia id fieri nõ probet
ibidem. Cedrenus in Heraclio anno. 13. // A
pertisq. postea inViolatis Dei eVangelijs

Sortes ex Sacris libris apud Christianos.

in Venit, sibi mandari, ut in Albania hyemet. // Nicephorus Gregoras l°. 8°. Romanę historię de Andronico Seniore. // Itaq. aperto Psalterio dubitationum suarum explicationē quęrēti, statim oblatus est Versus primus: Dum cœlestis dissociat reges, nive conspergentur in Selmon. Unde cum intellexisset omnia, quæ in illa perturbatione fierent, à Deo decreta esse etta. // Quin et in alijs libris ita in Decretalibus cap. 1°. de Sortilegijs. // In tabulis, vel Codicibus, vel alijs sorte furta non sunt requirenda // Quod fere habetur in cap. Sortilegi. 26. q.e 1.a ex. S. Isidoro l°. Originum 8°. Literis etiam sortiebantur Antiqui: Plutarchus in Apophtegmat. // Dionysius Senior, cū sortes ducerent concionatores literis, ut ei exiit. M. dicenti Morionis modo garris Dionysi: imo, inquit, Monarchę erimus. // Iaciebantur etiam sortes, quibus divina inquirebatur voluntas, signis quibusdam sortes vocatis, quę extrahendę, eligendæ ve, dabantur alicui puero, et si conveniebant signo, quod ille,

Sortes ex quibuslibet libris.

Sortes ex literis.

Sortes ex signis quibusdā.

Sortes a pueris extractę.

qui Sortes dederat habebat in animo, tunc be
ne secum actum iri putabat, sin aliter minus
bene, Unde Tibullus 1°. i. Eleg. 3. ad Messalã.

Illa sacras puero sortes ter sustulit: illi
Rettulit è trivijs omina certa puer.

Puer è trivijs quid.

è Trivijs autem puerum vocat Pöeta, quasi
ignotum ex mente Scaligeri ibidem: talem enim
esse oportebat, ne sciens, et prudens aliquid eo
rum facere videretur. Hinc Cicero 2°. de Di
vinatione // Sortes pueri manu miscentur. // licet
aliquando ab ipsismet sortientibus: Paralip.

Sortes a sortientibus missæ.

1. cap. 24. // Miseruntq. et ipsi sortes contra
fratres suos filios Aaron coram David Rege. //
quandoq. à Principe, seu Duce, ex Iosue. 18.

à Principe missæ sortes.

et Plutarcho. in Timoleonte, ut patebit in
ferius: frequentius tamen à Sacerdotibus,

à Sacerdotibus sortes iactæ.

quod ex sacris, et prophanis patet monumẽ
tis. Ter autem sustulisse Deliam sortes di
cit Tibullus, ut quod tertium sors addixis
set, id certissimum putaretur omen, Unde
Muretus in scholijs in hunc Pöetam. // Rettulit

é Trivijs: lego, retulit et Trinis, et ad Sortes refero, Veteres tamen libri cum Vulgatis consentiunt. // Inde forte Ausonius in Gryphoternarij Eidyl. 11. = Omina trina

Ternarius numerus in Divinatione præcipuus.

Ternarius enim numerus in divinatione principem sibi Vendicat locum Propertius l°. 3°. Elegia de Natali amicæ suæ.

Et manibus faustos ter crepuere sonos.

Talorum Sortes.

Talorum etiam iactu Sortes petebantur. Suetonius in Tiberio cap. 14. // Sorte tracta; quamonebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, evenit, ut summum numerum iacti ab eo ostenderent. // Propertius loco proxime dicto.

Sit Sors, et nobis talorum interprete iactu
Quem gravibus pennis Verberet ille puer.

Idem l°. 4°. Eleg. Deprehensum Propert. etta.

Me quoq; per talos Venerem quærente secundos,
Semper damnosi subsiluere canes.

Optima Talorum Sors Venus.

ubi animadVertendum in talis Venerem Vocari optimam Sortem; quæ Videlicet plurima

iaceret puncta. Plautus in Asin. Act. 5. Sc. 2.

Art. Iace pater talos, ut porro nos iaciamus. Dem.

maxume

Te Philenium mihi, atq. uxori mortem.

hoc Venerium est.

Pueri plaudite.

Vide Ciceronem l°. 1°. et 2°. de Divinatione.

Econtra Canes sortem infimam, quę pauciora: Senionem mediam sortem, quandoq. bonam ut apud Persium Satyr. 3ª.

Canes pessima talorum sors.

Persius illustratus.

= Quid dexter Senio ferret,

Scire erat in voto, damnosa canicula quãtum Raderet.

Senio quandoq. bona quandoq. prava sors.

idest, Canes. quandoq. pravam Suetonius in Augusto cap. 71. // Talis enim iactatis, ut quisq. canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerẽ iecerat. // quod Videtur etiam sensisse Martialis l°. 13. epigr. 1°.

Martialis declaratus.

Senio nec nostrum cum cane cassat ebur.



alia sortium in talis nomina leges apud Plautum in Curcul. Act. 2°. Sc. 3. Vulturios scilicet infortunatam sortem, et Herculem Basilicum fortunatam. et his quidem talis plurima per ludicrum sortiebantur antiqui, Regnum nimirum, ut in Saturnalibus fiebat. Lucianus in ijsdem Saturnalibus. // Vides quantum bonum sit Regem eligi inter omnes, si Viceris talo. // Quadere Tacitus Annal. 13. // Festis Saturno diebus inter alia æqualium ludicra Regnum lusu sortientium. Venerat ea Sors Neroni. // et de hoc more Arrianus etiam l°. 1°. Dissertationū epitecti. quod in Convivijs quoq; factitatū didicimus ex Horatio l°. Carm. 1°. Od. 4ª.

Vulturij, et Hercules Basilicus solorum sortes aliæ.

Sortes Convivales.

Nec regna Vini sortiere talis.

Leges enim bibendi præscribere solebat convivis Rex, isq; talis habebatur, quem potior delegisset Sors. Vnde idem Carm. 2°. Od. 7ª.

= Quem Venus arbitrum
Dicet bibendi.

F.

At de Heliogabali sortibus Lampridius in Vita
//Sortes sane convivales scriptas in cochlearibus ha-
buit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius
decem muscas, alius decem libras auri, alius decem
plumbi, alius decem struthiones, alius decem
ova pullina, ut vere sortes essent, et fata tentaren-
tur: quod quidem, et ludis suis exhibuit, cum et
ursos decem, et decem gryllos, et decem lactucas,
et decem, et decem auri libras in sorte habuit.
Primus q. hunc morem sortis instituit, quem nunc
videmus. Sed vere ad sortem senicos vocavit, cum et
canes mortuos, et libram bubulæ carnis haberet in
sorte, et iterum centum aureos, et mille argenteos,
et centum folles æris, et alia talia. //

de Sortibus Vero Con Vi Viorum quędam Athe
nęus l°. 8°. in fine. F. Tesseris etiam, quę talorum
affines sunt, quęsitas sortes supervacaneum pro
bare, in ijs fortunę summa fuisse Midam ex
Suida constat. Sed de talis, tesserisq. et pyrgo,
aut fritillo, inquē immittebantur tali, Vide
plura apud Horatij, Persij, ac Suetonij interpre
tes, nec non apud Alexandrum ab Alexandro
et eius Scholiastem Tiraquellum Genial. l°.
-3. cap. 21°. Rhodiginum lection. Antiquar. l°.
-20. cap. 27. Erant quoq. ligneę sortes anti
quis, quę in Situlam aquę plenam immissę Sortes in aqua.
eum Victorem reddebant, cuius sors ad ima
descenderet. Plautus in Cassin. Act. 1°. Sc. 7ª.

Ol. Nam ista aut populina sors, aut abiegna
est tua?

Chal. Quid tu id curas? Ol. Quia enim me
tuo in aqua ne summa natet.

ubi multa de Situla, et sortibus. Vel è contra
is Victor evadebat, cuius sors prima exiret.
Pausanias in Messeniacis // Cresphontes autem

(omnino enim Messeniam pro sua habere cupiebat) orat Temenum, eodemq. subornato, rem quasi sortito committit. Temenus infusa in situlam aqua Aristodemi liberorum, et Cresphontę sortes imponit, propositisq. utrinq. conditionibus, ut primum in eligenda regionis parte locum haberet, cuius sors primo exivisset. Sortes Temenus ambas fecerat, sed filiorum Aristodemi exterra ad solem durata, Cresphontę autem ad ignem excocta. Itaq. sors Aristodemi filiorum delicuit. Cresphontes vero ita sortitus terram Messeniam optat. // historiam tetigit ubi supra Plautus.

Plauti locus subobscurus elucidatus.

Sed utinam tua quidem sicut Herculeis prędicant
Quondam prognatis, ista in sortiendo sors delicuerit.

Sortes nucibus avellanis.

Quod etiam nucibus avellanis quandoq. factitatum, teste Petronio in Satyric. // Infra manus meas camellam vini posuit, et cum digitos pariter extensos porris, apioq. lustrasset; avel

lanas nuces cum precatione mersit in Vinum: et sive in summum redierant, sive subsederāt, ex hac coniectum dicebat, nec me fallebat, inanes scilicet, ac sine medulla Ventosas nuces in summo humore consistere, graves autem et plenas integro fructu ad ima deferri. // et hic frequentissimus sortiendi modus, ut is nimirum cuius sors, aut nomen ex urna primum, Vel ex alio quopiam Vase, loco Ve extraheretur, potior in sortitis indicaretur: ita sortiri solitos magistratus in pace, aut bello, Provincias, iudicia, ordinem dicendi, pugnandi, spoliorum divisionem, et alia id genus Romanos Vide apud Ciceronem, Livium, et cœteros rerum Romanarum Scriptores. Sic Domini nostri Iesu Christi sortitę Vestes a militibus, Romanis etiam ipsis. Matthęi. 27°. Sic ab Hebręis ex Dei mandato, sorte electos immolandos hircos ex Levitici. 16. constat. Vrnę quidem usus usitatior ad sortiendum, quam instrumēti alterius in ea coniiciebantur calculi iudici

Quæ in sortem Venirent apud antiquos.

Instrumenta in quę immissę sortes.

orum Ovid. Metamarph. 9. = et omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnā.
sed quorsum ad hoc firmandum exempla!
passim apud Ciceronem, Virgilium, Horati
um et alios leges. Hydriam quoq; sortibus
inserviisse docet Cicero Verrina. 4ª. // Ut
quot essent renunciati, tot in hydriam sortes
coniicerentur. //. Galea urnę loco usos in bello
antiquos testis Virgilius 1º. s.
Convenere viri, deiectam q; ęrea sortem
Accepit galea.
Statius Thebaid. 6.
Et iam sortitus Protheus versarat ahena
Casside, iamq; locus cuiq; est, et liminis ordo.
Quin etiam in Chlamydem coniectas sortes bel
li tempore liquet ex Plutarcho in Timoleonte
easq; annulos fuisse // Quare ut sorte rem di
iudicaret Timoleon, á quolibet ducum ac
cepit annulum: omnibus ijs in chlamydem
coniectis suam, ac mixtis, primum forte eum
extraxit, cui erat inscriptum Trophęum. //

in sinum missas docemur illo Proverbior. ex cap. 16. // Sortes mittuntur in sinum // In sacris etiam mensis, altaribus ve iactas docet Rhodiginus l°. 20. lect. Antiq. cap. 2°. factitatumq; ita apud Christianos Nicephorus Callistus l°. ecclesiast. hist. 16. cap. 18. nec non in manibus complicatis sortiri plerosq;, hodierna testatur experientia, vel festucis, vel chartulis depictis, aut inscriptis, vel calculis versicoloribus, aut fabis (fabis enim calculorum vice olim usos antiquos in suffragijs ferendis docet Plutarchus in libello de institutione liberorū. nunc etiam sagas quasdam mulierculas sortes amatorias, seu illusorias potius, et prestigia fabis iacere, non semel deprehensum) vel nummis quorum iactus in altum lusoriæ sortis vicem gerebat Saturnal. 1°. cap. 7°. // hodieq; intelligitur in aleæ lusu: cum pueri denarios in sublime iactantes capita, aut navim lusutes te vetustatis exclamant. // Quin et ipsis nummis, vel nucibus, vel talis, vel digitis ipsis



aut alijs rebus par impar ludere, et in sorti
ri consueverant. Suetonius in Augusto. cap. 7°.
// Misit ibi denarios ducentos quinquaginta,
quos singulis convivis dederam, si vellent
inter se inter cœnam vel talis, vel par im
par ludere. // Ovidius in Elegia de Nuce, si
modo est Ovidij.

Ludus par, impar. Est etiam par sit numerus, qui dicat, an impar:

Ut divinatas auferat augur opes

Nam et hoc pueris familiarius. Horatius 1°. Sat.
2°. Saty. 3ª

Ludere par impar, equitare in arundine lõga.
Plumbo liquato inaquam immisso ex S. Tho
ma 2ª. 2æ. q. 96. artº. 3º. Virgis etiam solitos
Sortes apud Germanos Virgis. iacere sortes Germanos affirmat Tacitus de mo
ribus Germanorum 1°. i°. // Auspicia sortes q.
ut qui maxime observant. Sortium consuetudo
simplex. Virgam frugifere arbori decisam in
surculos amputant, eos q. notis quibusdã di
ctos super candidam vestem temere, ac fortũ
to spargunt. Mox si publice consulatur, sa

.F.

Idem Scythis familiare ex Herodoto in Melpomene.

Virgis Sortes apud Scythas.

// Apud eosdem permulti sunt Vaticinatores, qui cum pluribus Virgis salignis divinant in hunc modum: grandes Virgarum fasces cum attulerunt, humi positos dissolvunt, ac separatim ponentes illarum singulas, Vaticinantur: Ad hæc dicendo vice versa Virgas prehendunt, et rursus singillatim componunt. Hæc est illis à maioribus tradita divinatio. Sed Enaries, qui sunt Androgyni, aiunt, sibi a Venere traditam divinationē tiliæ fronde Vaticinantes. Tiliam ubi quis trifariam sciderit, digitis suis eam implicando, ac resolvendo tractat, atq. in hunc modum Vaticinatur. // Sed et Virgis etiam Vaticinatum aliquando Israëliticum populum testatur Dominus apud Oseam. cap. 4°. //

Apud Hebræos etiam Virgarum Sortes.

Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus eius annunciavit ei. // ubi Septuaginta. // Populi mei in augurijs interrogabant, et Virgis eius annunciabant ei, // ubi S. Hieronymus qui „in Virgis suis„ legit. // Populus meus, qui quondam meo Vocabatur nomine, lignum interrogavit, et Virgas: quod genus divinationis Græci Rabdomantiam Vocant. //

cerdos civitatis, sin privatim, ipse pater familiæ precatus Deos, cœlumq. suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notã interpretatur. // F. Ex Gallorum gallinaceorum cãtu sortes cepisse Lebadiæ Bœotios, testis Cicero lo. 1°. et 2°. de Divinatione. Ex eorundem etiam gallorum, sive Coturnicum pugna sortiri antiquos docet Plutarchus in Vita Antonij // Nã quoties vel sorte, vel talis aliqua dere decrevissent, semper inferior Antonius abibat: sæpe etiam cum gallos, aut coturnices pugnaces commisissent, penes Cæsarianos Victoria fuit. // Fuit et aliud per Gallos Gallinaceos sortitionis genus, de quo Cedrenus in Valente. // Tunc Libanius Sophista, et Iamblicus Procli magister galli gallinacei divinationem instituerũt. scribentes enim in pulvere viginti quatuor elementa, ac cuivis granum frumenti imponentes, gallum ijs immiserunt, atq. is granũ de litera .TH. item de. E. de. O. et de. D. abstulit, itaq. ambiguam designationẽ reliquit;

Sortes ex Gallorum gallinaceorum cantu, et pugna.

Sortitionis genus aliud per gallos gallinaceos, et Alphabetum literarum.

quemadmodum id genus res solent impostura
rum esse plenæ. Valens autem re intellecta
multos Theodosios, et Theodotos, et Theodoros,
alios q' quorum nomina ab ijs literis incipe
rent, insontes supplicijs affecit. Iamblicus
metuens sibi, hausto Veneno sibi mortem cons
civit. // rem totam conceptis fere Verbis narrat
Ioannes Zonaras Annal. 3º. Tomo in Valente.

Sortes ex Sagittarum Iachi apud Babylonios.

Sagittis sortes iecisse Babylonios ex Ezechielis
21. patet // Stetit enim Rex Babylonis in bivio,
in capite duarum Viarum divinationem quæ
rens, commiscens Sagittas. // ubi. B. Hierony
mus // Sed stabit in ipso compito, et ritu gentis suæ
oraculum consulet, ut mittat sagittas suas in
pharetram, et commisceat eas inscriptas, sive
signatas nominibus singulorum, ut Videat
cuius sagitta exeat, et quam prius civitatem
debeat oppugnare. hanc autem Græci Bello
mantiam, sive Rabdomantiam nominant. //
et quia de aliquot divinationum generibus
egimus, non incongruum arbitror fore, si ea,
quæ in gratiam

quę in gratiam studiosorum collegit divinationū nomina Lilius Gregorius Gyraldus Syntagmat. 7.º de Dijs gentium, ex eodem nos repetamus: Nam licet hac dere Origenes l.º 1.º contra Celsum, Clemens Alexandrin. in Exhortatoria ad Græcos, S. Augustinus l.º de Natura Dęmonum, qui locus canonizatus est in cap. „ Igitur. 26. q.e 3.a et 4.a et l.º 2.º de Doctrina Christiana, cap. 23. qui in Decretis legitur. cap. „ Illud quod „ 26. q.e 2.a S. Thomas 2.a 2.ę q.e 95.a art.º 3.º alijq.: quidam non omnes divinationum species: quidam prolixius illas retulere. Gyraldum nos compendiosę brevitatis causa sequemur: qui cum de Ventriloquis egisset (quales fuisse dicuntur, mulier Pythonem habens, quæ Saulis rogatu Samuelem suscitavit. 1.º Regum cap. 28. nam in Septuaginta Virorum Versione „ Ventriloqua „ nominatur: et puella, quæ Philippis vaticinabatur, de qua in Actis Apostolorum. S. Lucas cap. 16.) subdit mox // Post hos, inquam, Ventriloquos, legimus et Thymomantes, qui et Psychomantes vocantur

Varia Divinationū genera.

ab Hesychio, qui animi furore Vaticinantur: item Thyoscopos, qui per Sacra quędam divinant. Sunt et qui per ignem, qui pyromantes Vocantur: et Pyromantia ignis inspicina dicta, cuius autor Amphiaraus, si non potius malus Dęmon. Fuerunt, et qui per ignes incederent, ut Vates Eveclus: qui ideo „ εμπυρόβαται „ cognominati sūt, ut et in Italia Hirpini. Divinatio Vero, quę per aquam fiebat, si non et hoc tempore fiat, Hydromantia nuncupata est: quę ex fontibus „ ὠηγομαντία „ ut ex his Vates „ ὠηγομαντεῖς „ et „ νυμφόληπτοι „ dicuntur. Est quae per farinam, et eiusmodi alia fiat Aleuromantia, et Alphitomantia dicta: et quę punctis, et lineis quibusdam, quae Geomantia: itemq́. quę ex speculis Catoptromantia. Addunt et nonnulli Astragolomantiā, quę ex Astragolorum iactu exercetur: et quę ex caseo, eiusq́. dispositione fit, Tyromantiam. et quę ex fumo fiebat „ λιαπνομαντίαν „. ex avibus, hoc est auguria, et auspicia „ οἰωνοσκοπίαν „ et alectryomantiam. et ex extis, qua maxime

Hetrusci in Italia Valuerunt, Haruspicinam, et Extispicium. Item per cribra diVinationes, quæ græcè Coscinomantia: et ex securibus, quę dicta est Axinomantia: et ex pelVi, quę Lecanomantia: et ex herbis, quæ „βοτανομαντία„ et inprimis hæc Sagarum, et Veneficarum mulierum est: item ex mortuis, et cadaVeribus, umbrisq. Necromantia, et Necyomantia, et Sciomantia: et ex Astris quoq. et stellis Astronomia, et Asteroscopia, in quibus Chaldęi peritissimi fuisse traduntur: ex Äere Äeromantia. ex nubibus Nephelomantia: idest ex imaginibus, quę in nubibus plerunq. Videntur, qua re aliquos usos in secundo de Pöëtarum historia prodidi. Fuit ex aspectu pręterea, et fronte, totoq. corporis filo et natura Metoposcopia, et Metopomantia, Physiognomia, Prosoposcopia q. ex manuum lineis, signis q. Chiromantia. Item ex numeris, quę Arithmantia Vocatur: de qua in Pöëtis, in Nicomachi Vita pleraq. Pręterea ex piscibus Ichthyomantia, quæ et Apuleio obiecta fuit, ut ex Apologijs eiusdē

Videmus, et ex Aeliano. Ex palpitatione quoq; membrorum, et particularium, cum scilicet saliunt, quod Palmicum augurium Vocatur. Fit et divinatio ex insomnijs, et somniorum coniectura, ac iudicio, quae Oniromantia, et Onirocritis, in qua Artemidorus excelluere: unde Onirocritici libelli Artemidori, et Synesij. Et caetera divinationum genera, quae pertinent ad Visa, portenta, ostenta, omina, prodigia, fulgura, fulgeras, et fulmina: item quae ad Sternutamenta. // adhuc ille. Verum de Sternutamenti omine etiam nos in Didascalia nostra cap. 13. ex Aristotele, et alijs fusius egimus. Sortes demum dicti signa aliqua vel interiora, vel exteriora, quibus divina nobis ostendi placita Videmus, in confesso est. In

Sortes signa interiora vel exteriora à Deo.

teriora nimirum ut in Patribus, Prophetis, Sanctis, alijsq; compluribus: tum in somnijs, sive extra somnia, in somnijs enim ostensam fuisse Josepho Patriarchae futuram in fratres suos dominationem, potestatemq; ex Genesis. 37. habemus: et ex. 40. prosperam ad Veram q. Fortunam Pincernae, ac

Signa interiora in somnijs.

Pistoris Pharaonis ex ipsorum insomnijs, ex 41.
eiusdem Pharaonis insomnium de copia, et penuria
frugum. Nabuchdonosori Vaticinia, quæ inter
pretatus est Daniel Cap. 2°. et 4°. Extra somnia
Vero, ut sorte electum Beatum Nicolaum in My
rensem Episcopum legimus, quia videlicet cui
dam ex Provincialibus Episcopis de electione cō
sultantibus divinitus revelatum, ut eum, qui pos
tridie mane primus in Ecclesiam ingrederetur
Nicolaus nomine in Episcopum eligerent, et in
gressus est Beatus Nicolaus: legitur in eius Actis.
sicut et in Beati Ambrosij, qui de repente puero
Ambrosium Episcopum exclamante, suffragāte
universo Mediolanensi populo Episcopus est or
dinatus. Exteriora Vero signa, ut in Electione
Aaron in summum sacerdotem ex eo quod, eius
unius Virga floruerit Numerorum. 17°. sicut
et Virga Sancti Joseph Deiparæ Virginis Do
minæ nostræ sponsi floruisse dicitur. et Beatū
Fabianum signo columbæ eius capiti insidētis
in Romanum Pontificem electum, scribunt

Signa interiora extra somnia.

Signa exteriora.

Eusebius Cæsariens. Ecclesiast. hist. l°. 6. cap. 21. li
ber de Romanis Pontificibus, Nicephorus Callistus
l°. 5. cap. 26. et ex illis recentiores. Ita Beatum
Gregorium Magnum Pontificiam recusantem
dignitatem, ac proinde latitantem, fulgidæ co
lumnæ indicio repertum, consecratumq. Ioannes
Diaconus in eius Vita l°. 1°. cap. 44. testatur.

Modus consulendi Dominum apud Hebræos. per Urim, et Thumim. signis exterioribus, et Voce vel interiori, Vel exteriori.

Alius etiam consulendi Dominum modus olim
apud Hebræos, in quo et signis exterioribus, et
Voce quandoq. interiori, aut exteriori Deus res
ponsa dabat, scilicet per „ Urim, et Thumim „
lapides nimirum duodecim pretiosos, qui erât
in Rationali iudicij, quod ante pectus gestabat
summus Sacerdos in Ephod, quorum in quam
lapidum fulgore Vario, aut obscuritate, pros
perus ne, an adversus bellorum eventus futurus
indicabatur. de quo Iosephus l°. Antiquitat. 3°.
cap. 9°. et ex eo. S. Augustinus. q^e. 117. Exodi, licet
ibi fabulosum dicat. B. etiam Cyrillus l°. 11. de
Adoratione. S. Chrysostomus Oratione 3^a. contra
Iudæos. S. Epiphanius in libello de Lapidibus.

Anastasius Nicenus q.e 38. Suidas in Verbo,, Ephod. Cedrenus in Compendio historiar. Lyranus, Caietanus, Oleaster in Exodi. 28. Abulensis Numeror. 27. q.e 42. Genebrardus 1.o Chronolog. 2.o Torniellus in Annalibus Sacris, et prophanis. A. M. 2544. à numero. 83.o ad. 87.m Serarius in Iosue cap. 9. ubi ex plurimis Patribus, ac Rabbinis late de hoc disputat oraculo. Notandum tamen non omnes prędictos sibi cohęrere de lapillorum nominibus: de interrogandi, et respondendi modo: Neq. aliquos ex eis Vrim, et Thumim nomine usos, sed loco illarum vocum,, Doctrinam, et Veritatem,, legisse, ut legit Vulgata nostra dicto cap. 28. Exodi // Pones autem in Rationali iudicij Doctrinam, et Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: et gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo in conspectu Domini semper. // Quod fere transtulerunt septuaginta // Demonstrationem, et Veritatem // At Hebręa Sanctis Pagnini Versio // Et pones in pectorali iudicij Vrim

Vrim et Thumim loco legit Vulgata Doctrinam, et Veritatem.

et Thumim // Chaldaica Paraphrasis // Ponesq.
in Rationali iudicij Urim, et Thumim // Sed
et Numerorum .27. Vulgata // Pro hoc siquid
agendum erit Eleazar Sacerdos consulet Domi
num, ad Verbum eius egredietur, et ingredie
tur ipse etta // Hebraica Sanctis Pagnini. // Et
coram Elhazar Sacerdote stabit, et interroga
bit eum de iudicio Urim coram Domino // Ubi
Chaldaica // Ut consulat pro eo in iudicio illu
minationis coram Domino // fortasse ad lapillo
rum illuminationem respiciens, ni mavis ad
intellectus illuminationem. Regum i. cap. 28.
Nostra // Consuluitq. Dominum, et non respon
dit ei neq. per somnia, neq. per Sacerdotes, neq.
per Prophetas // Hebraica supradicta // Et consu
luit Saul Dominum, et non respondit ei Do
minus nec per somnia, nec per Urim, nec per
Prophetas. // Chaldaica // Consuluit itaq. Saul
Iehovam, et non respondit ei Iehovah nec per
somnia, neq. per Urim, neq. per Prophetas. //
Dictas autem gemmas illas „ Urim „ ob splendorē,

quem ex se diffundebant eximium: et ob maximam suam nobilitatem „Thumim„ Post. Josephum, Lyranum, Abulensem, Oleastrum, Riberam, et alios tenet, ac probat Seravius loco citato: et potest meo iudicio, confirmari ex proximè allegato Numerov. 27. secundum paraphratim Chaldaicam // Ut consulat pro eo in iudicio illuminationis coram Domino // Advertendum denique non semper exfulgore lapidum responsa à summo data sacerdote, quî enim id fieri potuit, pridemodo agendi consuleretur Deus? quomodo multa agenda unico lapillorũ signo affirmativo, negativo ve possent demõstrari, ut videre est in illo ex cap. 2°. libri 2i. Regum // Igitur post hæc consuluit David Dominum dicens: num ascendam in unam de civitatibus Juda? et ait Dominus ad eum: ascende. Dixitq; David: quo ascendam? et respõdit ei, in Hebron. // Certe nisi scripto, aut voce non potuit civitas nominari. et eodem 2°. cap. 5°. // Consuluit autem David Dominum: Si as

Gemmæ Rationalis dictæ „Urim„ ob splendorem, Thumim, vero, propter nobilitatem.

cendam contra Philisthæos, et tradas eos in manus meas? qui respondit: non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, et venies ad eos ex adverso pyrorum. et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, et percutiet castra Philisthiim. // Quæ hîc tergiversatio? nulla equidem, sed potius laudanda merito Abulensis opinio. 1. Regum. 23. q.ª 7.ª affirmantis, non potuisse per solum gemmarum fulgorem propositis quæstionibus omnibus respondere, quicquid contra moliatur Tornielius dicto Anno Mundi 2544. numero. 87. post nonnullos alios Iosephi Flabij ascelas. At dicat quispiam. Quando proponebantur quæstiones, quæ longiori indigebant responso, tunc præter miraculosum gemmarum rationalis fulgorem, Summus ipse Sacerdos, quæ sibi videbantur congrua consulenti respondebat. Sed rogo iam ego: Sacerdos ne Summus examen re duntaxat sua fine divino respondebat afflatu,

Abulensis opinio de sorte non extulo lapidum fulgore responsa accepta.

vel cum afflatu divino, Deo nimirum per ipsū loquente? Si dicatur: ex mente duntaxat sua Sacerdotem respondere; iam tunc Dei Oraculum dici non posset: Si vero Deo afflatum: hoc nos asserimus Sacerdotem videlicet Deo inspirante, seu illum interna, vel externa voce alloquente similibus responsa consultationibus. Semper enim Sacerdos responsa dabat, nam semper consulebatur per illum Dominus, quanvis in 1°. ac 2°. Regum legamus saepe, ipsum David Dominum consuluisse, inter Urigendum per Sacerdotem, ut dicto Numerorum cap. 27. expresse iusserat Dominus, quanvis vox consulentis ad ipsummet dirigeretur Deum: Sic in Evangelica legimus historia Matthei cap. 8°. Centurionem, cuius servus infirmabatur Capharnau, ad Dominum accessisse, cum tamen Luc. 7°. legamus, misisse ad eum seniores Iudeorum rogatum, ut descenderet, et sanaret servum eius: quod idem est, ut S. Augustinus ait. 1°. 2°. de Consensu Evangelistarum, capite. 20°.

Sacerdos semper responsa dabat.

Locus ex. 1°. et 2°. Regum enucleatur ex Davidis consultatione.

Centurio enim accessit quidem ad Iesum, non tamen per se, sed per alios. Et Sacerdotem, non vero Deum immediate respondisse consulenti probari potest ex prędicto loco secundi libri Regum, cap. 5.° // Quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam // Si enim verba hęc non Sacerdotis, sed ipsius essent Dei, potius videretur dicendum // Quia tunc egrediar ante faciem tuam //

Sed de Sortium generibus plus iam satis. Nunc autem, quę nam illarum licitę, permissę q.[1], quę ve illicitę sint, ac prohibitę, videamus. Tres enim esse Sortium species (lusorias omitto, ut aleę, Tesserarum, et id genus alias) ignorat nullus: Divinatoriam, Consultoriam, Divisoriam, Divinatoria illa est, qua quid futurū, eventurum ve sit, aut occulti revelatio quęritur. Consultoria, qua quid agi debeat consulitur in ijs rebus, quę sub consilium, et deliberationem cadere possunt expectando iudicium ex eventu Sortium. Cui affinis Divisoria, qua nimirum prętercognitionem spectatur actio vel in bonum, vel in

Sortium quę licitę, quę ve non.

Sortium species tres Divinatoria, Consultoria, Divisoria.

damnum alicuius tendens, ut Verbi gratia, quã
do sorte quæritur, cui ex duobus, vel ex pluribus
contingat agrorum, prædiorum, honorum, vel
aliorum bonorum datio, vel possessio: vel é
contra mortis, exilij, alterius ve damni, aut mo
lestiæ: ita S. Thom. 2ª 2æ. qº. 95. artº. 8. S. An
toninus 2ª. pº. ttº. 12. cap. iº. §. 9º. Angelus in
Verbo, Sors, Sylvester in Verbo Superstitio num.
9º. Caietanus in Summa Verbo Sortes. Sumus
in Aurea Armilla, Verbo Sors. Petrus Ciruelo
de Superstitione 1ª. pº. cap. 4º. Pedrasa in Summa
in. iº. Præcepto. numº. 13. Petrus Gregor. Syntag.
iuris lº. 3. cap. 5º. Iacobus á Graffijs Consiliorum
libro. 3º. de testamentis Consilio. 1º. numº. 2º. et. 3º.
et in Decisionibus libro. 2º. cap. 4º. de Sortilegijs.
Soleta in Summa lº. 4º. cap. 15. nº. 9º. Alor lº. 9º.
Institution. cap. 20. Martin Antonius Delrius
Disquisitionum Magicar. lº. 4º. cap. 4º. qº. 7ª. sect.
3ª. Lessius de Iustitia, et Iure lº. 2º. cap. 43.
Dubitatione. 9ª. numº. 57. cum sequentibus. Say
rus Clavis Regiæ lº. 4º. cap. 5. á numero. 15º.

Autores qui de sortibus egere.

F. Franciscus Vallesius de Sacra Philosophia cap. 30.

Emanuel Rodriguez in magna summa Verbo Adivinos cap. 17. nº. 17º. et. 18. Reginaldus in Praxi poenitentiali Lº. 17. cap. 16. sectº. 3ª. num. 174. Serarius in Iosue cap. 7. qᵉ. 19. et 20. ex quibus et alijs videlicet Rosella in summa Verbo Sortilegium. Ludovico Lopez in Instructorio conscientiæ Tomo. 1º. cap. 41º. Nauarro in Manuali cap. 11. numº. 39. Vega in summa cap. 107. de suertes. Emanuele Sá in summa Verbo Sortes, dicendum. Sortes ex sua natura malas non esse, ac proinde neq. illicitas, quod probatur ex Scriptura sacra, in qua laudantur quandoq. quandoq. mitti inbentur. Proverbiorum enim 16. habemus // Sortes mittuntur in sinum, sed á Domino temperantur // et cap. 18. // Contradictionem comprimit Sors, et interpotentes quoq. diiudicat. // Iubentur mitti Levitici 16. Iosue 7º. et per alia multa capita missæ dicuntur á Iosue: missæ vero á Samuele Propheta, quando Saul in Regē electus est Regum. 1º. cap. 10º. Missas porro ab ipso Saule Regum. 1º. cap. 14º.

Sortes ex natura sua non malæ, ac proinde neq. illicitæ.

legitur. (Mitto Ionę Sortem ut ab Ethnicis iac
tam) At Scriptura Sacra nunquam probasset,
neq laudasset Sortes, si ex sua natura simpliciter
malę, illicitę q. essent; sicut nec probat Idolola
triam, homicidium, furtum, mendacium, a
dulterium etta. et hęc est. S. Augustini Doctri
na super Psalmos, ubi ait // Sors non est aliquid
mali, sed res in humana dubietate divinam
indicans voluntatem, quę verba canonizata
sunt in Cap. „ Sors non est „ 26. q. 2a. quod item
tradit ipsemet Augustinus l°. 1°. de Doctrina
Christiana cap. 28. et Epistola. 180. circa finem.
Tomo. 2°. est etiam. S. Thomę loco cit. S. Bo
naventuræ in Vita. S. Francisci. cap. 13. ac pro
inde á Iure Civili Sortes non improbantur. Sortes Iure Civili non improbatę.
l. „ sed cum ambo „ D. de iudicijs. l. „ Siquę
sunt. D. Familię hurciscundę. l. Generaliter
§. Proinde. D. De Fideicommissarijs liberta
tibus. l. finali in prin°. C. communia de le
gatis. l. 2a. C. quando, et quibus quarta pars etta.
libro. 11°. et Institut. de Legatis. §. Optionis.

Quod et ratione probat Seravius loco supra dicto. Illud enim esse, et ex genere suo malum non est, cuius omnes species aliquando bonæ sunt: Sed Sortis species Divitoria, et Consultoria aliquando bonæ sunt, ut a bomnibus conceditur: et Divinatoria bona etiam esse potest, quia nihil impedit humanam quampiam cognitionem etiam rei futuræ, quæ sub coniecturam cadere potest, quæri eo modo, quo in superioribus duobus Sortium generibus quæritur aut distribuendi, aut aliud agendi Veritas, nulla enim rationis Disparis ratio est:

Sortes ab Ecclesia merito improbatæ ob Superstitionis periculum.

Quod licet Verum sit Illarum tamen usum merito esse ab Ecclesia Catholica Vetitum scimus ob periculum Diabolicæ superstitionis, quod maximum quidem Sortibus inest, præcipue tamen in Divinatoriis, Consultoriisq? Vel enim Sortium talium Eventus expectatur á Deo, Vel á Dæmone, Vel á Cœlo, Vel a Fortuna, quæ (ut diximus) nihil aliud est, nisi Dei Voluntas: Si á Deo, hoc tentare illum est, Velleq?

quodam modo

quodammodo cogere, ut suam propalet Volũ
tatem, quod illicitum est, absolute loquendo.
Si á Dęmone, hoc est ab illo edoceri Velle, ac
dirigi, eiq. quasi honorem aliquem tribuere,
quod nefandę idololatriæ crimen. Si á cœlo
totus, et certus expectetur eVentus, hoc est cœlo
tribuere Vim, qua caret, ac diVinitatem quã
dam, quod etiam Idololatriæ genus atq. adeo
improbatum Veteri, et noVa lege Ecclesiastę nã
q. 8. // Multa hominis afflictio: quia ignorat
pręterita, et futura nullo scire potest nuncio. //
Sapientię. 9°. // et difficile ęstimamus, quæ
in terra sunt: et quę in prospectu sunt in Ve
nimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt,
quis inVestigabit? // Isayę. 41°. // Annunciate
quę Ventura sunt in futurum, et sciemus, quia
Dij estis Vos. // et. 47. ad Babylonem. // Stent,
et salVent te augures cœli, qui contemplaban
tur sydera: et supputabant menses, ut ex eis
annunciarent Ventura tibi. // Hieremię. 10°.
// Hæc dicit Dominus: iuxta Vias gentium

Astrologica DiVinatio damnata.

nolite discere: et à signis coeli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum Vanæ sunt. // B. Paul. ad Galatas. 4. // Quomodo convertimini iterum ad egena, et infirma elementa, quibus denuo servire vultis? dies observatis, et tempora, et annos, etc. // S. Lucas de illis agens qui. B. Pauli prædicatione ad Christum Ephesi fuerant conversi, ita Actor. 19. // Multi autem ex ijs, qui fuerât curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus. // hos autem libros dicit Pererius lo. 3o. de Divinatione Astrologica cap. 1o. §. 4o. ex autoritate S. Augustini super Psalmos, fuisse derebus ad Iudiciariam Astrologiam pertinentibus. S. Epiphanius in libello de Ponderibus, et Mensuris de Aquila Ponticio Christianam Fidem amplexo fic. // Cum autem à primo suo habitu non discederet à credendo videlicet Vanæ Astrologiæ, quam exacte docbus erat, sed quotidie positionem nativitatis suæ speculaverit: redarguitus q. à Doctoribus, et increpatus ea gratia, se non corri

Aquila Ponticus ob Astrologiæ studium ab Ecclesia pulsus.

quet, sed potius contentiose opponeret, et non cõ
fidentia confirmaret, fatum videlicet, et narra
tiones de ipso, expulsus est curia ab ecclesia,
velut inutilis ad salutem. // Milto enim com
plures Patres docte, copiose q.; iudiciariq; vanita
tem aut irridentes, aut confutantes: nam et
hoc factitatum ab ipsismet antiquis Philoso
phis, Socrate, ut Xenophonti placet lo. 4o. de
Factis, et Dictis Socratis: Ciurone lo. 2o. de Divi
natione plurimos citante: Phalorino apud A
Gellium lo. 14. cap. 1o. Sexto Empirico adversus
Mathematicos. cap. 21. Vide Picum Miran
dulanum in libr. contra Astrolog. Perevium
dicto libro 3o. et alios. De iure quidem Cano
nico Veritam constat Astrologicam Divinati
onem ex cap. „Illud quod„ cap. „Illos Planeta
rios„ cap. „Sed et illud„ 26. q. 2a. cap. „Qui
divinationes„ cap. „Non licet„ eadem causa. q. 5a.
De Civili vero etiam sub gravioribus prohibi
tam poenis patet ex l. Mathematicos. C.
de Episcopali audientia. ex l. Nemo haru

Iudiciaria utrog. Iu
re prohibita.

picum,, et l. ,,Et si excepta tormentis,, C. de Maleficis, et Mathematicis. et unde plerq; ex superioribus desumptę, Lege. 4ª. 6. 8. 12. titulo .16. de Maleficis, et Mathematicis, et coeteris similibus libro .9. Codicis Theodosiani. Quibus etiam consonant. l. 1ª. et 5ª. titulo. 2º. de Maleficis, et consulentibus eos libro .6. Legum Vuisigothorum. Mathematici porro ij Vulgo dicebantur testibus Augustino, et Isidoro, qui ex Astrorum observatione divinationem profitebâtur eis vim, et potestatem tribuentes supremam. Si vero Sortium eventus expectetur à Fortuna, quę nihil aliud est, quam Dei Voluntas, licitę quidem erunt Sortes modo in eis vel finis, vel materia, vel modus, aut forma vitiosę non sint, et tunc non omnibus in rebus: non enim quae licita ex sua natura, semper, et ubiq; permissa, velut esus carnium hodie in diebus Ieiunij à Sancta Matre Catholica Romana Ecclesia pręscriptis: et antiquitus suillę, ac leporinę carnis et piscium pinnulis, et squamis carentium co

Qui in legibus Mathematici.

Quae licita ex sua natura non semper, et ubiq; permissa.

mestio, quę Iudaico populo prohibita Levitici .11°. In exquirendis enim criminibus haud permissus Sortium usus cap. 1°. et 2°. de Sortilegijs. Neq. etiam in Electionibus, dignitatibus ve Ecclesiasticis dandis, aut alijs. Cap. „Ecclesia Vestra„ de Sortilegijs, ibi // Sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnantes. // et Leo. 4s. Episcopis Britaniæ idem rescripsit in Cap. „Sortes„ 26. q. 1a. // Sortes quibus cuncta Vos Vestris discriminatis Provincijs, quas Patres damnaverunt etta. // et ratio est quia in Ecclesiasticis electionibus post electum Beatum Matthiam in usu nunquam fuisse Sortes, in comperto est, mox enim Septem Diaconos non Sorte, sed oratione, ac suffragijs electos fuisse ab Apostolis ex Actorum .6. constat. Deinde quia Patres antiqui illud exemplum neutiquam imitandum dixere, ita .S. Hieronymus, et Venerabilis Beda, quorum Verba canonibus legimus inserta sacris in cap. Non statim„ et in Cap. „Non exemplo„ .26. q. 2a. Et rationis huius ratio: quia quę

Post. B. Matthiæ electionem Sortium usus in Ecclesia non fuit.

Septem primi Diaconi non Sorte, sed Oratione, ac suffragijs electi ab Apostolis.

humana peragi possunt prudentia, Fortunę (quatenus causa per accidens) Casus Ve arbitrio minime committenda, pręsertim in re adeo gravi, qualis Ecclesiastica hierarchia; quod ex Antiquorum Doctrina constat Vel in sæcularibus electionibus, quę sunt longę minus periculosę. Philo Iudęus in libro de Creatione Principis in initio. // Quibusdam placet sortito creari Principes nullo sane subditorum commodo. Sors enim ad fœlicitatem, non ad Virtutem attinet, itaq. sæpe accidit, ut ad principatum Sors eVeheret, quos Vir bonus non ferret in subditorum numerum etc. // Videndus omnino locus, quem merito laudant Serarius in dictum cap. 7. Iosue q.e 20. Petrus Andreas Canonherius in suis dissertationibus Politicis, sive Discursibus Varijs in Cornelium Tacitum. Sed et S. Ambrosius l. 5.o Hexamerō cap. 21. // In sortibus eVentus est, non iudicium: et sæpe irrationabili casu, sorte melioribus ultimus quisq. pręfertur. // S. Chrysostomus in illa

Philonis egregius locus electionem Principum per sortes improbans.

B. Pauli Verba ex .1. ad Ephesios „In quo et nos sorte Vocati sumus„ // Cæterum quando Sors res est casus fortuiti, nonitem Voluntatis liberę, aut Virtutis ullius (ignorantiam enim habet sibi ad iunctam, et consecutionem rei optatę) sed quæ á fortuna pendeat, ut plurimum post habens eos, qui cæteris pręlucent Virtute, illis interim promotis, quos ne ratione ulla dignos iudices // et paulo inferius // Sors enim non Virtutis est, sed casus fortuiti. // Pręclare enim ut plęraq. Tacitus l°. 4°. ait // Sorte, et urna mores non discerni: suffragia, et existimationem senatus reperta, ut uniuscuiusq. Vitam, famam q. penetrarent. // Unde Cicero l°. 1°. de Divinatione sortibus, ait, privatis, neq. magistratus, neq. illustriores Viros uti. // Quid igitur (ait ipse l°. 2°. de Divinatione de sortibus agens Pręnestinis) in his potest esse certi, quę Fortunę monitu, pueri manu miscentur, atq. ducuntur // Iure itaq. Franciscus Patricius l°. de Institutione Reipublicæ .6. titulo. 6. Magistra

tum sorte eligendorum consuetudinem obli
terandam asserit. At dicet quis: Apostoli, quo
rum vita nobis vivendi norma in electione
S. Matthiæ in Apostolum sortibus usi: neq.
errasse illos dicendum, cogitandum ve in e
ligendi modo, cur igitur et nos in Ecclesiasticis,
ac saecularibus electionibus sorte non utemur?

Quare in Electione S. Matthiæ sortibus usi Apostoli.

Respondet Venerabilis Beda Actorum. 1. du
pliciter. Primo Apostolorum fuisse Privilegiũ,
quod communem legem facere non potest. De
inde sortibus usos, quia nondum Spiritus Sanc
tus descenderat in eos, ac proinde Mosayeæ legis
secutos consuetudinem sortiendi: Quod vide
tur ex Chrysostomo sumpsisse, ita namq; ille
in Act. cap. 1m. Homil. 3a. // Quoniam nõdum
erat Spiritus, sortibus rem peragunt. // Certum
enim est (ut diximus) post Spiritus Sancti advẽ
tum, suffragijs, non sortibus usos Apostolos, ve
lut in prædicta septem Diaconorum electione.

Duplex Bedæ ratio electionis Matthiæ per sortes.

Addit Serarius in dict. Iosue Caput. 7. q. 2a.

Ratio Serarij electionis Matthiæ per sortes.

Apostolos quidem licite sortibus usos in Electione

S. Matthia, cum neq; ex sua natura malę illę, neq; ulla essent lege improbatę: at nos non ita, cum lege nobis, et Patrum traditione prohibitę sint obrationes dictę. Præterea quia ad duodenarium complendum numerum unus erat eligendus in Apostolum, cum ergo ex toto septuaginta duorum Discipulorum coetu duos elegissent Viros sacratissimi undecim Antistites sanctimonia, et Virtutibus adeo pares, ut uter alteri anteponendus, humano iudicio prudentia ne discerni non posset, Sorti, per quam divina patefieret Voluntas, electionem committi debere, recte iudicarunt. Addo ego ex mente Salmeronis in Acta, Suffragijs Apostolos uti noluisse Veteris de causa, quod cum Ioseph instus Christi Domini nostri esset consanguineus, si illum præterijssent odij forsan alicuius occulti redarguti, si elegissent, amoris erga Christi consanguineos, et non meritorum ergo elegisse, dici possent. Severius tamen in casu summę necessitatis Ecclesię, ac æqualitatis

Ratio electionis Matthiæ per sortes, examente Salmeronis.

Severius in casu Summæ necessitatis Ecclesię et æqualitatis promoven

dorum ad illius dignitates sortium usum non improbat.

omnimodæ inter promoveri dignos ad regimẽ illius, ut humano indicio discerni non posset, tunc recurrendum ad sortes, ait, Apostolorũ exemplo, quia in casu talis necessitatis, et humanæ Prudentiæ defectus humana iam non obligat lex. Lessius lº. 2º. de Iustitia, et iure cap. 43. Dubitat. 9. numº. 58. ad divinendas beneficiarias lites non improbandas sortes dicit.

Lessius ad divinendas beneficiarias lites non improbandas sortes dicit.

Sors Divinatoria prohibita omnino.

Dico igitur sortem Divinatoriam omnino prohibitam: Consultoriam etiam nisi debite fiat in casu maximæ necessitatis, et precibus ad Deum fusis, ut habemus ex Beda in cap. // Nõ exemplo Matthiæ. 26. qº. 2ª. ibi. // Si qui tamẽ necessitate aliqua compulsi Deum putant Sortibus exemplo Apostolorum consulendum esse. Videant hoc ipsos Apostolos, non nisi col lecto fratrum coetu, et precibus ad Deum fusis egisse. // Divisoriam vero nequaquam prohibitam, dum modo nihil in Religionem, Prudentiam, aut Iustitiam in se contineat:

Sors consultatoria prohibita etiam nisi in quibusdã casibus.

Sors Divisoria nequaquam vetita, nisi a liquid superstitionis timeritatis, vel iniustitiæ contineat.

in Religionem superstitione: in Prudentiam te
meritate: in Iustitiam Vero Iniustitia. Et hoc
probatur illo Proverbior. 18. // Contradictiones
comprimit Sors: et inter potentes quoq; diindi
cat. // Nisi enim in quibusdam casibus permit
teretur Sorti iudicium prope infinitę quidem
durationis exorirentur lites, rixę, inimicitię. De
Sortibus, qui plura Velit, legat pręter supradictos
Ferdinandum de Salaçar in Commentar. in Proverb.
cap. 16. Versiculo 33. à num.º 141. ad finem
Riberam in Ionam cap. 1.º num.º 40. 41. 42. Sá
Actuũ. 1.º num.º 26. Marianam ibidem ex So
cietate Iesu omnes. Restat nunc scire, quo ex
prędictis Sortium modis fuerit electus. B. Matthi
as. Et quidem antiquissimus ille Theologus, ac
Martyr. S. Dionysius Areopagita in libro de
Ecclesiastica Hierarchia ita hac dere. // De divi
na autem Sorte, quę divinitus Matthiæ obtigit,
alij dixerunt alia, non recte, mea quidem sentẽ
tia. Ego Vero meam etiam sententiam exponã.
Videntur enim mihi Scripta divina Sortem ap.

Quo ex prędictis Sortium modis electus B. Matthias.

S. Dionysij opinio circa Matthię Sortem.

pellare divinum quoddam munus, quod illi Pontificum choro eum, qui divino iudicio, delectu q. esset renunciatus, indicaret. // quale autem munus illud, neq. ipse, neq. eius interpretes declarant; superni luminis radium supra Matthiæ caput visum dicunt aliqui, probant q. non recte ex hoc Dionysij, et ex alio. B. Augustini loco in Psalmum 30. Concione 2ª. Cum tamen apud illos de lumine hoc ne verbum quidem, Itemq. ex Origine homil. 23. in Iosue, et in Levitici. 9. Caput. quod tamen proculdubio sensit Arator ut vidimus, sensit et Gabriel super Canon. Missæ lect. 59. S. Vero Chrysostomus sortibus datis electum in Apostolum Matthiam non semel videtur sentire Homil. prædicta in Act. Idem tenet S. Antoninus 1ª. pᵉ. Hist. titulo 6. cap. 2º. et 15. communiorē opinionē dicens communes fuisse sortes, idem expresse affirmat Caietanus in Caput. 1ᵐ. Act. Gordonius in Opere Chronologico Anno Christi 34. Lesius de Iustitia, et Iure lº. 2º. cap. 43. Dubitatione 9ª. numº. 59. in fine,

Superni luminis radiū supra caput Matthiæ aliqui affirmant nō bene ex hoc Dionysij loco.

S. Chrysostomus sortibus datis electum Matthiam sensit.

alijq; multis. Et quidem Opinio hæc mihi maxime probatur ex illis Sacri textus Verbis. // et dederunt Sortes eis. // Quod plane de Apostolis intelligendū nemo non scit: neq; enim diceretur, si absq; hominum adiumento cœlesti lumine, vel alio quopiam supernaturali signo in Apostolicam Deus Matthiam vocasset Sortem: ut bene notat Ioannes Lorinus in Caput. 1m. Actorum. Neq; ideo tamē quod sortibus peracta electio hæc iuxta legis Veteris consuetudinem, absq; diuini numinis indicio facta dicatur, quandoquidem, et illas precessit oratio Apostolorum, ut vidimus, et in re tanti momenti minime credendum de fuisse, quod in alijs etiam evenire dicit Sapiens Pro Verbiorum. 16. // Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. // Vel ut Hebraice legitur // Sed à Domino exit iudicium. // an vero præter Sortes aliquod aliud extiterit signum, ignoramus, potuit quidem extitisse, at non tacuisset (credo) et Evangelista. Nec me latet ubi Vulgata nostra habet // et annumeratus est cum undecim

Opinio. S. Chrysostomi et complurium recentiorum communibus videlicet sortibus Iudæis electum S. Matthiam probatur magis.

Electio. S. Matthiæ non absq; præuia Apostolorum oratione et diuini numinis indicio peracta.

Ex Graeco Actorum textu suffragijs cooptatum. Matthiam legunt aliqui.

Apostolis // Legere quosdam ex Graeco textu. // Suffragijs additus est, Vel cooptatus ad numerum, Vel in numerum undecim Apostolorum. // ita enim habet S. Chrysostomus Homilia prędicta // et cecidit Sors super Matthiam, et suffragijs additus est undecim Apostolis. // Quasi suis Apostoli suffragijs Sortis iudicium comprobaverint. Verum quorsum Sortes, si ad suffragia deveniendum erat? Crederem ego suffragijs, Vel calculis designari Sortes ipsas materiales, seu Sortium instrumenta, quę forsan Versicolores calculi, atq. ita legendum // et dederunt Sortes eis, et cecidit Sors super Matthiam, et calculis sive Sortibus illis annumeratus est cum undecim Apostolis. // Lęsius Verolo co proxime citato aliter sed non male explicans Graeca Verba, quibus suffragijs annumeratum cum undecim Apostolis Matthiam, ostenditur. // Quia nihil (inquit) aliud significatur, quā ipsum communi decreto, Vel consensu postquā Viderunt Sortem in illum cecidisse undecim

Suffragiorum nomine calculos, vel alia sortium instrumenta designari nostra opinio.

Apostolis connumeratum: quod nihil aliud fuit quam indicium Sortium communi suffragio, vel decreto fuisse approbatum. // At hanc Matthiæ electionem ab Evangelico Propheta prædictam ex Cyrillo, et Leone Castrio refert Lorinus, illis nimirum Isaiæ Verbis ex cap. 34°. // Illuc cō gregati sunt milVi alter ad alterum: requirite diligenter in libro Domini, et legite, unus ex eis non defuit. // Et hoc modo peracta est electio Matthiæ, neq; ob eam Justi odium incurrit, ut accidere solet inter competitores, Justus enim iustam Velut a Deo probatam, et credidit, et approbavit, nec se præteritum doluit, ut plurimi tenent Patres, cum optime nosset Matthiæ morum elegantiam, sanctimoniam, ac summa denique omnis animi merita Vitæ, quibus, ut Clemens Alexandr. ait Stromat. 6. se præbuit dignū ut fieret Apostolus. Quo magis miror quorsdam apud Feum in Sermonibus de Sanctis in Festo S. Matthiæ Tractatu 1°. Discursu 5°. asseVerare eosdem Clementem lo. Stromatum 4°. Beatum Matthiam

Sortes suffragio rum nomine commune Decretum sortis iudiciū approbans intelligit.

Electio Matthiæ prædicta ab Esaya.

Joseph iustus electionem Matthiæ æquo animo tulit.

Matthias fuisse moribus Apostolatu dignū præbuit ex Clemente Alex°.

S. Matthiam eundem esse cum Zacheo Publicanorum Principe, apud quem docente S. Luca Evangelicæ historiæ cap. 19. Dominus noster Jesus Christus in Jericho urbe divertit. Quid enim magis contrarium ipsi, quæ de impostum abiectismet in cunabulis Matthiæ nostri Vivendi normam prædicant omnes, quam publicum extitisse peccatorem, Publicanum nempe? Sed certe falsò illi hoc tribuunt Clementi, solum enim dixit // Zachæum ergo, alij dicunt Matthiam, publicanorum Principem, cum audisset Dominum, qui dignatus fuerat esse apud ipsum Octa. // Quod quid aliud est, quam binominem fuisse ex aliquorum sententia referre, quem admodum et duplici nomine Vocatum scimus Telonarium, et Publicanum prius, Sanctissimum deinde Apostolum, et Evangelistam Matthæum, Levi scilicet, ac Matthæi? cuius conversionem, ut sacræ non tacuere historiæ, ita neq; Matthæi, si publicanus is fuisset, reticuissent. Nec Patres ipsi, quorum unus Chrysostomus homil. 34.

in Caput. 9.m

Zachæum alio nomine dictum Matthiam solum habet Clemens.

in Caput. 9.m Matthæi Apostolos recensens, quatuor ex eis piscatores, duos publicanos dicit unum proditorem, his Verbis. // Quatuor enim erant piscatores, duo Publicani Matthæus, et Iacobus, unus etiam proditor. // At quomodo hoc stabit cum doctrina Egessipi Apostolorum Discipuli apud Eusebium Cæsariensem Ecclesiasticæ historiæ l.o 2.o cap. 23. dicentis de Iacobo minore // Sed hic ex utero matris suæ Sanctus fuit // et Beati etiam Epiphanij, qui perpetuam huius Apostoli sanctitatem late prædicat in Panario l.o 3.o Tomo 2.o hæresi. 78. Vix aut ne Vix quidem quisquam assentietur Chrysostomo hac in parte. Quod si ex eo quod statura pusillum fuisse Zachæum, edocti sumus, et Matthiæ nomen Dei parVum significare, eundem esse confirmant: pusillū hoc certe argumentum, neq. ullo modo Verum. cum certo constet ex Lucæ. 10. electos fuisse septuaginta duos Discipulos, ex quorum numero exstitit Matthias, longe ante Zachæi conVersionem, quam deinde ipsiusmet Evangelistæ Lucæ. 19.

. S. Iacobus minor publicanus ex doctrina. S. Chrysostomi

. S. Iacobus minor ex utero matris suæ Sanctus fuit, neq. unquam publicanus.

Matthiæ electio inter septuaginta duos præcessit conVersionem Zachæi.

in capite legimus. Merito ergo Matthiam Dominus elegit absens (ut ait Chrysostomus) si cæteros præsens, at passibilis, mortalisq.: immortalis Vero iam, gloriosus, et impassibilis hunc, quem gratulabundi, et lætantes undecim mutuis amplexibus (ut credere par est) in suum recepere consortium. ~

Matthiam Dominus elegit absens at impassibilis, et gloriosus.



DE VITA ET GESTIS BEATI MATTHIÆ apostoli=

LIBER TERTIVS.

Adveniente paulo post Pentecostes die repletum ut et cæteros Apostolos Sancto Spiritu Beatum Matthiam, Varijs loquutum linguis, prædicasse, docuisse, signa edidisse, ac prodigia in Ierusalem, in templo, in Porticu Salomonis et circa domos Apostolica. S. Lucæ testatur historia cap. 2°. // Repleti sunt omnes Spiritu Sancto et cœperunt loqui Varijs linguis // et // Multa quoq. prodigia, et signa per Apostolos in Hierusalem fiebant, et metus erat magnus universis // Metus inquam vel reverentialis, vel ex futurorum prædictione, qui quidem oriebatur (aiunt interlinearis, et Lyra) ex prædicatione, et prodigijs ipsorum, sive ex vultuum maiestate, et effulgescente Sanctitate (ut inquit

Spiritus Sancti adventus in Die Pentecostes.

Metu reverentiali metuebant Apostolos, qui eos vel audiebant vel aspiciebant.

Lorinus] non ex sermonis asperitate, et austeritate morum: subditur enim mox // Quotidie quoq; perdurantes unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, et simplicitate cordis collaudantes Deum, et habentes gratiam ad omnem plebem // licet autem hoc speciatim de Matthia nostro nõ dicatur, certum est de eo, ac de omnibus Apostolis dici excluso nemine. Actorum 4°. // et Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, et gratia magna erat in omnibus illis. // in quos nempe

Secundo Spiritus Sanctus advenit in discipulos.

secundo Spiritus Sanctus advenerat, ut in eodem capite dictum iam. // et cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati: et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et loquebantur Verbum Dei cum fiducia // Quid ergo mirum, si intrepretur cap. 5. // Per manus autem Apostolorum fiebant prodigia, et signa multa in plebe, et erant unanimiter omnes in Porticu Salomonis.

Cæterorum autem nemo se audebat coniunge
re illis, sed magnificabat eos populus. // et Apos
tolum quidem nostrum maxima edidisse mira
cula in Iudæa, Dæmones expulisse: leprosos mũ
dasse: cæcis visum, auditum surdis, gressum
claudis, vitam deniq; mortuis restituisse, Treve
rica refert Historia, et ex ea Iacobus de Voragi
ne legenda. 45. Equilinus l°. 3°. de Sanctis cap.
149. alijq; multi. Fremebant vero Scribæ, Pha
risæi, Principes Sacerdotum præ livore, præ invi
dia, quid tum: audiamus Beatum Lucam
Act. 5°. // Exsurgens autem Princeps Sacerdotum,
et omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis
Saducæorum, repleti sunt Zelo, et iniecerunt
manus in Apostolos, et posuerunt eos in custo
dia publica. Angelus autem Domini per noc
tem aperiens Ianuas carceris, et educens eos, di
xit. Ite et stantes loquimini in templo plebi
omnia verba vitæ huius. Qui cum audissent,
intraverunt diluculo in templum, et docebant.
Adveniens autem Princeps Sacerdotum, et qui

Per Sanctum Matthi
am plurima edita
miracula.

Apostoli in Carcerem
missi ob prædicatio
nem Verbi Dei, et
ab Angelo inde emissi

cum eo erant, convocaverunt concilium, et omnes Seniores Filiorum Israël: et miserunt ad carcerem, ut adducerentur: cum autem venissent ministri, et aperto carcere non invenissent illos: reversi nunciaverunt dicentes. Carcerem quidem invenimus clausum cum omni diligentia, et custodes stantes ante ianuas: aperientes autem neminem invenimus. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi, et Principes Sacerdotum ambigebant, de illis, quid nam fieret. Adveniens autem quidam nunciavit eis, quia ecce viri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, et docentes populum. Tunc abiit Magistratus cum ministris, et adduxit illos sine vi: timebant enim populū, ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in Concilio, et interrogavit eos Princeps Sacerdotum dicens. Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, et ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

Respondens autem Petrus, et Apostoli dixerunt. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Deus Patrum nostrorum suscitavit Iesum, quem Vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc Principem et Salvatorem Deus exaltavit dextera sua ad dandam poenitentiam Israeli, et remissionem peccatorum: et nos sumus testes horum verborum, et Spiritus Sanctus, quem dedit Dominus omnibus obedientibus sibi. Haec cum audissent dissecabantur, et cogitabant interficere illos. Surgens autem quidam in Concilio Pharisaeus nomine Gamaliel legis Doctor honorabilis univerae plebi, iussit foras ad breve homines fieri. Dixit q- ad illos. Viri Israelitae attendite Vobis super hominibus istis quid actueri sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas dicens, se esse aliquem, cui consensit numerus Virorum circiter quadringentorum: qui occisus est: et omnes qui credebant ei, dissipati sunt, et redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas

S. Petri, et caeterorum Apostolorum ob firma in Constantia.

Gamalielis oratio in Concilio Iudaeorum

Galilæus in diebus professionis, et avertit po
pulum post se, et ipse periit: et omnes quotquot
consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaq;
dico Vobis discedite ab hominibus istis, et si
nite illos: quoniam si est ab hominibus con
silium hoc, aut opus, dissolvetur: si vero ex
Deo est non poteritis dissolvere illud, ne forte et
Deo repugnare inveniamini. Consenserunt au
tem illi. Et convocantes Apostolos cæsis Tenuerunt
averunt, ne omnino loquerentur in nomine Je
su, et dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gau
dentes à conspectu Concilij, quoniam digni ha
biti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Om
ni autem die non cessabant in templo, et circa
domos docentes, et evangelizantes Christum Je
sum. // Adhuc S. Lucas: in cujus narrationis
serie et Matthiæ nostri sociorumq; constantiam,
ac animi robur Spiritus Sancti gratia solidatum,
videre est: et Dei, ac Domini nostri prædictio
nem Matthæi 10. incœptam compleri. // Prad

Apostoli cæsi in Concilio.

dent enim Vos in conciliis, et in Synagogis suis flagellabunt Vos. // Quorum prædicatione, Doctrina, et exemplo, cum indies augeretur credentium numerus, Visum illis est, ne in Valesceret Græcorum murmur ad Versus Hebræos, eo quod in ministerio quotidiano eorum despicerentur Viduæ. (Græci enim quemadmodum primi in Ecclesia murmurarunt, ita et primi ab ea defecerunt, et multiplici schismate illius disidore unitatem, ut benè notatum à Lorino) Visum est, inquam, Apostolis septem eligere Viros notæ sanctitatis in Diaconos, idest Ministros, qui mensis ministrarent, elegerunt q. Stephanum, Philippum, Procorum, Nicanorem, Timonem, Parmenam, Nicolaum, qui à Fide postea misere abevrans hæresis Nicolaitarum autor fuit. Et hos non Sorte, ut Matthiam antea, sed Voce delegerunt orantes, et imponentes eis manus. Latius continetur Actorum .6. Subsequuta deinde Beati Stephani ex septem Diaconis nece, Discipulos

Septem Diaconorum electio, et nomina.

S. Stephani mors.

dispersos esse per regiones Iudeę, et Samarię pręter Apostolos, eadem Sacra narrat Hist. cap. 18. Inde qexiisse aliquoties complures Apostolorum ad prędicandum, et docendum alijs in Civitatibus, et oppidis certum est: Ierosolymam postea reversos omnes, ac orbis terrarum tractus, Provinciasq́, ut ineis Verbum Dei disseminarent, interse partitos, illas petiisse, liquido constat, quo Vero anno id factum, non ita. Neq́ enim Verum credo, quod tenent quidam, post duos menses à Spiritus Sancti adventu Provincias sibi divisisse Apostolos, ineasq́ commigrasse, licet id (suo iudicio) adstruant aliquorum autoritate Patrum Clementis Romani in Epistola prima ad Iacobum fratrem Domini. Sancti Irenęi libro tertio contra hęreses, capite .1°. Sancti Augustini Sermone .18. de Tempore. Ruffini Aquilegiensis in Expositione Symboli falso tributa Cypriano. S. Leonis Papę Sermone .1°. in Natali Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli. Simeonis

Quo tempore Provincias interse partiti Apostoli.

Post duos ab Spiritus Sancti adventu menses sortitionem Provinciarum factam ab Apostolis quorudā opinio. minus Vera.

Metaphrastis sermone de Vita Vita et Dormitione Deiparæ apud Surium Tom. 4. 15ª Augusti. ijnamq; solum affirmant post Spiritus Sancti adventum Apostolos profectos in Provincias, sed nullus eorum, statim post ipsum ad Ventū id contigisse dicit, imo negᵗ dicere potuit, cū ex Actis Apostolorum constet contrarium: ea enim quæ ibi dicuntur facta ab Apostolis in Ierusalem post Spiritus Sancti adventum non exiguum temporis spatium requirunt, saltem namq; in ea remanserunt Apostoli post Martyrium Stephani, ut in ijsdem habetur Actis cap. 8. // Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ, præter Apostolos. // Quod quidem Martyrium contigit .26. Decembris die eodem anno, quo Dominus noster Iesus Christus est passus, ut habent Vetus et novum Romanum Martyrologia, Bedæ, Vsuardi, Adonis, ut Græcorum Verò Menologium die .27. atq; ita

S. Stephani Martyrium eodem anno contigit, quo Christus passus.

inter Dominicam Ascensionem, et S. Stephani Martyrium septem interciderunt menses.

inter illud, et Ascensionem Domini septem interciderunt menses quemadmodum bene probat in Notis in Martyrologium Baronius dicta die .26. Decembris. Quid si cum Evodio relato à Nicephoro Callisto Ecclesiasticę hist. lo. 2. cap. 3o. non septem menses, sed annos ab Ascensione Domini ad Martyrium Stephani intercessisse dicamus? ita enim de Evodio Nicephorus // Adiicit prętercа illa. À Baptismo usq. ad passionem Christi intercessisse annos tres: à Passione vero, resurrectione, et ascensione eius in cœlos usq. ad lapidationē Stephani annos septem. // Quod idem tenet Glycas 3a. Annal. parte. Sed errori librariorum, qui mensium loco annos posuerint, tribuendum credit Baronius loco proxime dicto. Si tamen pervicax quis contendat adhuc, in illorum Patrum sententiā Spiritus Sancti adventū subsecutam illico Apostolorum divisionem, idem fateatur necesse est de illo Marci .16. // Euntes in mundum Universum prędicate Evangelium omni creaturę etta. Illi autem profecti prędicave

S. Evodius apud Nicephorū Callistum .7. intercessisse annos inter Dominicā Ascensionem et S. Stephani necem. Sed errore librariorū pro mensibus annos ponentium.

runt ubiq. Domino cooperante. // et illo Matthei 28. // Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti // Quod tamen mox executioni mandatum asserere, erroneum erit, cum Actorum contradicat sacer textus. Deinde minus Vera redditur hæc opinio ex eo quod si Sanctus Petrus non ante secundum Claudij annum, profectus est Romam, quæ illi docenda obtigerat ex communi Patrum consensu; Si de Prædicatione S. Ioannis in Asia hæc scribit S. Epiphanius in Panario L°. 2°. Tomo 1°. hæresi 51ª. // Illic enim S. Joannes post ætatem senectam iubetur à Spiritu Sancto prædicare, et reflectere errantes in Via, non coacte, sed ex Voluntate credentibus lucem Dei revelans. // Quomodo Divisionem, et profectionem Apostolorum in Provincias statim post Pentecostem dicemus factam? Neq. magis Verum puto, quod habet liber ille de Transitu Virginis, qui Sancti Melitonis Sardensis Episcopi nomine legitur prænotatus Tomo 7°. Bibliothecæ Veterum Patrum Editione 2ª.

S. Ioannis in Asia prædicatio quotempore.

S. Melitoni falsò tributa opinio, secundo ab Ascensione anno Apostolos per orbem dispersos

dum cap. 2°. dic, Anno secundo ab Ascensione Domini Apostolos per orbem dispersos ad annunciandum Evangelium, quia liber ille Apocryphus, simodo is est, de quo Gelasius Papa in Cap. Sancta Romana Ecclesia .15. distinct.

Liber de Transitu Virginis Apocryphus, neq. inter S. Melitonis opera recensetur.

// Liber qui appellatur Transitus S. Mariæ Apocryphus. // Certe ab Eusebio Cæsariensi inter S. Melitonis opera non recensetur cap. 26. libri quarti Ecclesiast. hist. Deillo itaq. Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis // Sed indignus li ber est, qui tanto Viro tribuatur. // Mendacij namq. autorem arguit Beda in retractationi bus in Acta Apostolor. Cap. 8. Tom. 6. // Cons tat quia mendacium scripsit ille, qui ex per sona Melitonis Episcopi Asiæ librum ex po nens de obitu genitricis Dei, dicit, quod secun do post Ascensionem Domini anno Apostoli fuerint omnes toto orbe ad prædicandum in suam quisq. Provinciam profecti. // et quia ultimum argumentum contra priorem opinionem ex

Mendacij arguitur a Beda autor libri de Transitu Virginis.

professione Beati Petri in urbem, et S. Joannis

in Asiam desumptum, adversus hanc etiam facit.
Genebrardus 1°. Chronolog. 3°. Anno Christi. 46.
Divisionem Apostolorum factam septimo à Pas
sione Domini anno minus tamen sibi constās
dicit. // Divisio Apostolorum ab invicem anno
a Passione Septimo, vel iuxta Bedam Duodecimo //
Septimo id accidisse nullo quidem autore affir
mabit, ni forte Nicephorum, et Glycam secutus
in septimum a Passione Domini annum stepha
ni Martyrium reiiciat, quod tamen verum
non esse, omnes tenent. Quod vero ad duodeci
mum attinet annum, non solum Bedę, quem
illecitat, autoritate, sed aliorum antiquiorum
posset probare Clementis nimirum Alexan
drini hanc Beato Petro tribuentis doctrinam
stromat. 6. // Propterea dicit Petrus Dominū
dixisse Apostolis. Si quis ergo velit ex Israël du
ci pœnitentia, et propter nomen meum credere
in Deum: remittentur ei peccata. Post duode
cim annos egredimini in mundum, ne quis di
cat, non audivimus. // Idem ex Apollonij an

Genebrardi opinio septimo à Passione Domini anno Divisionē Apostolorum factam. vel. 12. ex Beda. improbatur.

Duodecimo a Passione. D. anno Apostolorum divisionē tribuunt autores gravissimi. sed minus bene.

tiqui Theologi sententia, sive ex Thraseę Martyris apud Apollonium refert Eusebius Cęsariens. Ecclesiasticę historię lo. 5°. cap. 18. in fine de Scriptis Apollonij ad Versus Cataphrygarum hęresim agens. // Meminit autem et Thraseę ejusdam Martyris, qui quasi ex traditione priorum se accepisse asserit. Salvatorem prędixisse Apostolis suis, ut ne ante duodecimum annum ab Hierosolymis discederent. // Et hanc sequuti opinionem Petrus Comestor in historia Scholastica in Act. cap. 9i. Vincentius Bellovacensis hist. lo. 8. cap. 9°. et ex recentioribus Viri non indocti: Quam tamen (pace autorum) Veram esse cogimur diffitevi: Quia (ut benenotat Baronius Annal. i°.) dicendum esset, non ante annum quartum Claudij Imperatoris abiisse illos in Provinciam. Eum tamen testimonio fere omnium liqueat, secundo Claudij anno Apostolorum Principem Petrum Romam advenisse: et irrefragabili gravissimorum autorum fide, constanti q' traditione constet S. Iacobum Apostolum Patronum

Secundo Claudij imp. anno S. Petri in Romanā Civitatem adventus.

tolum Patronum nostrum longeanta petiis
se Hispanias: nam ante totalem (ut ita di
cam) diVisionem, et profectionem in suas Pro
Vincias peculiarem quorundam Apostolo
rum spiritu Sancto dictante, ut Petri Iacobi,
et aliorum exstitisse, certum est. Vel exeo, quod
asserit S. Paulus, qui triennio a sua con Ver
sione Ierosolymam Veniens. i. ad Galatas
ait, alium se Apostolorum, nisi Petrum, et
Iacobum fratrem Domini, Vidisse neminem.
Ergo tunc temporis reliqui Ierosolymis non
erant. Neq. est quod quis inferat hinc an
te decimum a Passione Domini annum Di
Visionem Apostolorum peractam: eidem Pau
lo ut Apostolo assignandam fuisse Pro Vin
ciam credens, si post eius con Versionem, aut
saltem post ad Ventum in Ierusalem facta
fuisset distributio: Neq. enim inter omnes
Apostolos faciendа, sed inter duodecim tantum
in quorum prædicatione Dominus duodenarij
numeri ab ipso electi effulgere voluit mysteria,

Quos ex Apostolis S. Paulus Ierosolymis Viderit.

Cur inter solos duodecim Apostolos facta Provinciarum diVisio.

de quibus Eusebius Cæsariens. de Demonstrat. Evangelica l°. 3°. cap. 2°. S. Hieronymus in l. pitaphio Paulæ, ad Oceanum, ad Damasum, ad Fabiolam de quadraginta mansionibus. in Ezechielem cap. 28. et 47. in Matthæum l°. 2°. cap. 14. S. Augustinus in Psalm. 59. 86. 103. S. Antoninus 3ª. pt. Sum. titulo 31. cap. 3. §. 2°. Alioqui et Sancto etiam Barnabæ assignanda Provincia, quandoquidem simul ille cum Paulo Antiochiæ á Spiritu Sancto e lecti in Apostolum Actor. 13°. // Ministrantibus autem illis Domino, et ieiunantibus dixit illis Spiritus Sanctus Segregate mihi Saulum, et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, imponentes q. eis manus dimiserũt illos. Et ipsi quidem missi á Spiritu Sancto abierunt Seleuciam // Ambo enim gentium prædicatores, et Apostoli ex ipsius Pauli testimonio ad Galatas 2°. // Iacobus, et Cephas, et Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, et Barnabæ societatis,

SS. Pauli, et Barnabæ electio, et missio in gentes.

ut nos ingentes, ipsi autem incircuncisionem.//
Qua etiam de causa dici potest Beato Paulo peculiarem Provinciam minime tributam, cum universalis prædicatio ei esset concredita gentium præcipue, ut ipse toties in suis testatur epistolis: et ex eo S. Isidorus de Vita, et morte Sanctorum // Paulo autem cum Coeteris Apostolis nulla sors propria traditur, quia in omnibus Magister, et Prædicator eligitur. Nam sicut Petro, et reliquis circuncisionis est Apostolatus datus, ita Paulo præputij in gentibus. // Quod si urgeas ex dictis, eodem modo Evangelium Circuncisionis creditum S. Petro, quo et S. Paulo Præputij, ut non semel in dicto capite 2°. Epistolæ ad Galatas habetur: sed tamen B. Petro designatam peculiarem Provinciam, igitur et S. Paulo fuisse designandam. Respondebitur. Hanc utriusq. designationem indubitatam quidem, intelligendam vero ita, ut Petro gentium, Paulo autem Iudæorum præ

S. Paulo Provincia non assignata peculiaris, quia in omnibus prædicator, et magister gentium.

S. Petro prædicatio Iudæorum, et S. Paulo gentium ita tributa, ut neuter prohibitus fuerit vel circuncisis, vel incircuncisis prædicare.

dicationem fuerit prohibita, legimus siquidē
Actor. 10. Cornelium Centurionem Christianā
edoctum fidem a S. Petro cum tota sua bapti
zatum familia: e contra vero de S. Paulo
dictum à Domino eorundem Act. 9. // Ut
portet nomen meum coram gentibus, et regi
bus, et filijs Israël // et in ijsdem Actis consue
visse Paulum in unaquaq; Civitate Synago
gas Iudæorum introire primum, et ibi Verbum
Dei prædicare passim scriptum, sed capite pre
cipue. 17°. // Venerunt Thessalonicam, ubi erat
Synagoga Iudæorum. Secundum consuetudi
nem autem Paulus introivit ad eos, et per Sab
batha tria disserebat eis de Scripturis adapc
riens, et insinuans, quia Christum oportuit pati,
et resurgere à mortuis, et quia hic est Iesus
Christus, quem ego annuncio vobis. // Quota
men possito, aliquid amplius tribuendum
in hac parte B. Apostolo Petro Ecclesiæ, et Apos
tolici Collegij Capiti, Principi q. nullus ibit

Aliquid amplius tribuendum S. Petro Collegij Apostolici Principi quā Apostolis cæteris.

inficias: quid igitur illud? Romana gens Orbis tunc temporis Princeps, et caput, Christianis illuminanda præceptis: rationem reddit. S. Leo, dicto Serm. 1°. // Cum duodecim Apostoli accepta per Spiritum Sanctum omnium locutione linguarum imbuendum Evangelio mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissent, Beatissimus Petrus Princeps Apostolici Ordinis ad arcem Romani destinatur imperij, ut lux Veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso Capite per totum mundi corpus effunderet. // Alij demum credunt cum Baronio Annalium. 1°. An. D. 44°. (dicat licet liber ille, qui Flavij Dextri nomine nuper in lucem prodiit, profectionem Matthiæ ad prædicandum, et aliorum nonnullorum ex Apostolis contigisse anno Domini. 41. et ab eius passione septimo, quod sensit Genebrardus, ut Vidimus) credunt, inquam, Apostolorum perfectam, et ultimam divisionem ipsomet Claudij Imp. anno secundo accidisse,

Quare S. Petrus Urbem sortitus.

Flavij Dextri liber in. 7.m a Passione Domini annum reiicit profectionem Matthiæ et aliorum Apostolorum ad prædicandum.

Vltima opinio hanc Apostolorum diVisionem perfectam decimo a passione Domini anno tribuens probatur.

à Nativitate Vero Domini .44. ita expresse post Baronium, Gordonius in opere Chronologico, Gualterius in Tabula Chronographica eodē anno; in quem mox incidernnt .S. Iacobi Apostoli Patroni nostri mors (quidquid dicant Eusebius in Chronico Anno Christi .36. Cassanæus in Catalogo Gloriæ mundi .3ª pte consider. .29. Sabellicus Ænead. 7. lo. i. ad finem) et .S. Petri in carcerem missio, in urbemq. profectio. quod omnes fere tenent: licet quoad .S. Iacobi Martyrium Castro in Historia Deiparæ Virginis, et Franciscus de Ieta in Discursibus de ad Ventu .S. Iacobi in Hispaniam Discurs. 4º cap. 1º. anno quidem Claudij 2º. concedant patratum, Christi tamen .43. nō Vero .44. cum Claudij annus conveniens duorum usualium partem contineat, imperium enim ipsius ex Suetonio in Vita cap. 10. et 11. et Dione lo. 60. in prin. à die necis Caligulæ initium sumpsit, illa autem nono Kalendas Februarias i.dest. Ianuarij die .24. accidit ex

.S. Iacobi maioris Martyrium .2º. Claudij anno ponūt aliqui, sed Christi .43.

Caligulæ mors, et Claudij Imperiū, quo die.

eodem Suetonio in Caligula cap. 18. Sancti
Vero Petri in urbem adVentus decimo quinto Ka Quodie S. Petrus Romam adVenerit.
lendas Februarias idest. Ianuarij. 18. quo die
Cathedra Romanę Festum celebratur, quem qui
dem adVentum persecutus ipsius S. Petri in car
cerem conjectio Hierosolymis Herodis Regis iussu,
et hanc proxime S. Iacobi maioris martyriū,
Actor. 12. // Eodem tempore misit Herodes Rex
manus, ut afflingeret quosdam de Ecclesia: oc
cidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.
Videns autem quia placeret Iudęis, apposuit, ut
apprehenderet et Petrum (erant autem dies
Azimorum) quem cum apprehendisset, misit in
carcerem tradens quatuor quaternionibus militū
custodiendum volens post pascha producere eū
populo. // Decollatus Vero S. Iacobus, ut in Bre Quodie decollatus S. Iacobus.
viario habetur Romano, ipsismet Kalendis A
prilis, idest prima die (una fortassis Azimorū)
licet Menologium Graecorum pridie Kalendas
Maias, idest trigesima Aprilis illius celebret
Natale. Sed tamen facile anno. 44. assignabi

tur Iacobi Martyrium, & Petri in urbem ad Ventum anno Claudij tertio a Nativitate Domini .45. et ab eius passione undecimo tribuamus cum Baronio, Gordonio, Gualterio, ita expresse affirmantibus in suis Chronologijs eodē anno. Quin et ipsius Sancti Iacobi passionem eidem anno undecimo tribuit. S. Leo tertius in Epistola relata a Calixto Papa .2°. libro .3°. de miraculis et Translatione .S. Iacobi // Ab ipsa Passione Christi in revolutione anni undecimi, tempore Azimorum Beatissimus Iacobus Apostolus iussu Herodis capite plexus est. // Quod Validius cōfirmatur autoritate Cesarientis Eusebij in Chronico anno Christi .46. Claudij vero .4°. et Orosij lo. 7°. cap. 6. affirmantium anno Claudij .4°. ingentem illam ingruisse famem, quam prædixerat Agabus Propheta. Actor. 11°. // In his autem diebus supervenerunt a Ierosolymis prophetæ Antiochiam, et surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per Spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum,

Anno Claudij .3°. et Domini .45°. S. Petri in Romanam Urbem adventum ad Ventum tribuunt aliqui.

Anno a Passione Domini undecimo .S. Iacobi maioris mors.

Fames ab Agabo prædicta quo Claudij anno.

quæ facta est sub Claudio. // Eusebius enim ita // Prophetia Agabi, quæ in Actibus Apostolorum famem in toto orbe futuram prædixerat, sub Claudio expletur. // Orosius vero // Claudius 4°. Imperij sui anno etc. eodem anno Imperij eius fames gravissima per Syriam facta est, quam et prophetæ prænunciaverant. Sed Christianorū necessitatibus apud Ierosolymam, convectis ab Ægypto frumentis Helena Adiabenorum Regina conversa ad fidem Christi largissime ministravit. // Dehac fame, deq; frumento Ierosolymam advecto ex Helenæ Adiabenorum Reginæ largitione Iudaicam, ut ipse dixit, religionem amplexæ late Iosephus Antiquit. libro 20. cap. 2°. et 5°. fames quoq; huius meminere Dio l°. 60. in Claudio, sed eam ponit An. V.C. 795. Claudio II. et Caio Largo Coss. (licet Cassiodorus alios assignet.) Tacitus Annal. 12. An. V.C. 804. tribuit Coss. Claudio V. et Ser. Cornelio Orfito. Suetonius in Claudio cap. 18. quanvis annū: Ili

certum non det // Arctiore autem annona ob
assiduas sterilitates detentus etta. // Si ergo fa
mes illa ex Eusebij, et Orosij sententia anno
Claudij. 4°. et Christi. 46. tribuamus, neces
sum erit Agabi prophetiam anno proximo
prædenti tribuere, si enim non iam instaret
famis nequaquam Evangelista Sacer Agabi
prophetiæ subiunxisset immediate // Discipu
li autem prout quisq; habebat, proposuerũt
singuli in ministerium mittere habitantibus
in Iudæa fratribus, quod et fecerunt mitten
tes ad seniores per manus Barnabæ, et Sauli. //
Quod B. Chrysostomus confirmat ibidem. //
Vidisti simul credere, et simul fructum affere,
non his solum qui prope erant, sed etiam his,
qui á longe. // Sed eodem tempore prædictionis
Agabi, et missionis in Ierusalem acciderunt
Iacobi mors, et apprehentio Petri testante. B.
Luca loco relato ex Act. 12°. // Eodem tempore
misit Herodes Rex manus, ut affligeret quosdã
de Ecclesia, Occidit autem Iacobum etta. // igitur

S. Iacobi mors prædictionem Agabi subsecuta

anno Claudij .3°. et Domini .45°. Verum de Martyrij .S. Iacobi tempore fusius nos in Hispania nostra Vindicata annuente Deo agemus. De adventu Vero .S. Petri in urbem aget aliquando in Suo Sancto Petro, qua solet diligentia, ingenij dexteritate, et utriusq. literaturæ, Sacræ nimirum, et prophanæ peritia Pater Petrus de Ojeda e Societate Iesu amicus noster religionis suæ, ac sæculi nostri decus. Interim magis nobis arridet opinio Baronij, et aliorum decimo ab Ascensione Domini Anno, et ab eius Natali .44. divisionē Apostolorum assignantium ex congrua temporum collatione, ex cæterarum refutatione, ex autoritate recentiorum asserentium: quæ et potest aliquatenus confirmari ex .S. Chrysostomi doctrina homil. .70. in Matthæum. cap. 22. // Apostoli prædicaverunt Iudæis, longo q. temporis spatio cæsi, et flagellati in Iudæa manentes, ac demum ab ipsis propulsi ingentes profecti sunt. // longum siquidem tempus in iure, saltem in Præscriptio

De Mortis .S. Iacobi tempore alibi nos.

De .S. Petri in urbem Profectione .P. Petrus de Ojeda in suo .S. Petro.

Confirmatur opinio decimo a Passione .D. Anno divisionem Apostolorum tribuens

Longum tempus in Iure decem annorũ spatio comprehẽsum.

num materia, pro decennij spatio inter præsentes accipitur. Iulius Paulus Receptarum sententiarum 2°. s°. titulo. 2°. et. s°. Iustinianus Imperator in. l. penult. et in. l. finali. C. de Præscriptione longi temporis decem, vel Viginti annorum, et Instituit. de Vsucapionibus, et lõgi temporis præscriptionibus. §. i°. Professionis Vero Apostolicæ dies decima quinta Iulij assignatur in Bedæ, et Vsuardi Martyrologijs, id est Idibus ipsis. // Eodem die Festivitas omnium

Quo die Apostoli divisi.

Apostolorum, hoc est, quando divisi sunt ab invicem. // Græcis autem diversa, vigesima nimirum Junij, quæ nobis pridie Kalendas Iulias, de qua illi in suo Menologio. // Collectio omnium Apostolorum // Videndus Molanus in Notis ad Vsuardum. Sed antequam dividerentur,

Symbolum Apostolorum quando fictũ.

ne in eorum doctrina aliqua subobiretur diversitas, quosdam statuerunt Canones, quibus unicam Christianam Fidem perstringerent, firmarent, ac declararent: quod ante. S. Iacobi nostri necem, quæ (ut diximus) eodem contigit anno,

factum, et Scriptorum testimonio, et ex nomine
ipso Symboli conijcitur; Vel enim in dictum, Symbolum Quid.
quod singuli ex eis ad illud perficiendum su
um attulerint Symbolum: Vel quoniam qui
Christiani essent, eo Symbolo, Velut tessera mi
litari data, dignosci possent, qua dere ita S.
Clemens Romanus in Epistola 1ª. ad Iacobum
fratrem Domini. // Christo ingl. resurgente, et
ascendente in caelum, misso Spiritu Sancto, collā
ta Apostolis Scientia linguarum adhuc in uno
positis, Symbolum, quod fidelis nunc tenet Eccle
sia, unusquisq. quod sensit, dicendo condiderūt,
ut discedentes ab invicem hanc regulam per
omnes gentes prædicarent. Summam ergo to
ius Fidei Catholicæ recensentes, in qua et inte
gritas credulitatis ostenditur, et unius Dei om
nipotentis (idest Sanctæ Trinitatis) æqualitas de
claratur, et mysterium incarnationis filij Dei,
qui pro salute humani generis à Patre de Coelo
descendens, de Virgine nasci dignatus est, quoquo
ordine, Vel quando mortem pertulerit, quomodo

sepultus surrexerit, et in carne ipsa cœlos ascen
derit, ad dexteram q. Patris consederit, et Iu
dex Venturus sit, ac qualiter remissionem
peccatorum sacro baptismate renatis cōtulerit,
et resurrectionem humani generis in eadem car
ne in Vitam æternam futuram, sic docuerunt.
Symbolum enim Groece, Latine collatio dicitur.
et hoc prędicti Sancti Apostoli inter se, per Spi
ritum Sanctum salubriter (ut dictum est) condi
derunt. Dicitur et indicium, quod per hoc, qui
recte crediderit, indicatur. // Ruffinus Aquile
giensis in Expositione Symboli Apostolorum. //
Tradunt maiores nostri quod post Ascensionem
Domini cum per adVentum Sancti Spiritus super
singulos quosq. Apostolos igneę linguæ sedissent,
ut loquelis diVersis, Varijs q. loquerentur, per
quod eis nulla gens extera, nullę linguę barba
rę in accessę Viderentur, et in Via pręceptum
eis à Domino datum ob prędicandum Dei Ver
bum ad singulas quasq. proficisci nationes. Dis
cessuri itaq. ab inVicem normam prędicationis

in commune constituunt: ne forte alius ab alio ab
duci diuersum aliquid his, quia ad Fidem Chris
ti inuitabantur, exponerent. Omnes ergo in uno
positi, et Spiritu Sancto repleti, breue istud fietu
ra sibi, ut diximus, prædicationis indicium, cō
ferendo in unum quod sentiebat unusquisq. cō
ponunt, atq. hanc credentibus dandam esse re
gulam, statuunt. Symbolum autem hoc multis
et iustissimis ex causis appellare voluerunt. Sym
bolum enim Græce indicium dici potest, et collā
tio, hoc est quod plures in unum conferunt.
Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus
in unum cōferendo unusquisq. quod sentit. In
dicium autem, vel signum idcirco dicitur, quia
illo tempore sicut et Paulus Apostolus dicit, et
in Actibus Apostolorum refertur, multi ex circum
cisis Iudæis simulabant se esse Apostolos Christi,
et lucri alicuius, vel ventris gratia ad prædicā
dum proficiscebantur, nominantes quidem Chris
tum, sed non integris traditionum lineis nunci
antes. Idcirco ergo istud indicium posuere, per

quod agnosceretur is, qui Christum vere secun
dum Apostolicas regulas prædicaret. Denique et
in bellis civilibus hoc observari fertur, quoniam
et armorum habitus par, et sonus vocis idem,
et mos unus est, atque eadem instituta bellandi,
ne qua dolo subreptio fiat, symbola discreta u
nusquisque duci suis militibus tradit, quæ latine
vel signa, vel indicia nominantur, ut si for
te occurreret quis, de quo dubitetur, interroga
tus symbolum, prodat si sit hostis, an socius.
Ideirco denique hæc non scribi chartulis, atque mem
branis, sed retineri cordibus tradiderunt, ut
certum esset neminem hac exceptione, quæ inter
dum pervenire etiam ad infideles solet, sed ex
Apostolorum traditione didicisse sufficeret. Dis
cessuri ergo, ut diximus, ad prædicandum, istud
unanimitatis, et fidei suæ indicium Apostoli po
suere edita. // S. Ambrosius Serm. 38. // Duodecim
Apostolorum symbolo fides sancta concepta est,
qui veluti periti artifices in unum convenientes
clavem suo consilio conflaverunt. // B. Hiero
nimus ad Pama

nimus ad Pammachium adversus errores Ioannis Hierosolymitani Episcopi. // In Symbolo Fidei, et Spei nostræ, quod ab Apostolis traditum, non scribitur in Charta, et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus. etta. // S. Augustinus Serm. 31. de tempore, hinodo opus illud Sermonũ Augustini: certe de illo ita Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis // De homilijs de tempore, et de sanctis non eadem certitudo haberi potest, credibile tamen est magna ex parte Augustini esse. // Sic igitur Augustinus // Hoc attendentes sancti Apostoli certam regulã Fidei tradiderunt, quam secundum numerum Apostolicum duodecim sententijs comprehensam, Symbolum vocarunt, per quam credentes Catholicam tenerent unitatem, et per quam hæreticã convincerent pravitatem. Symbolum ergo talis rationis institutum maiores nostri dixerũt, Tradũt enim quod post Ascensionem Domini, et Salvatoris nostri ad Patrem, cum per ad Ventum Spiritus Sancti discipuli eius inflammati linguis omnium loquerentur ad singulas quasq. nationes,

T

ut Dei Verbum prædicarent, ituri, ac discessuri ab
invicem, normam prius sibi futuræ prædicationis
in commune statuerunt, ne localiter ab invicem dis
cedentes diverum, vel dissonum prædicarent
his, qui ad Fidem Christi invitabantur. Omnes
igitur in uno positi, et Spiritu Sancto repleti bre
ve suæ prædicationis iudicium conferendo in unū
quod sentiebat unusquisq. computabat, atq. hāc
ita credentibus tradam esse regulam instituerūt. //
S. Leo Magnus ad Pulcheriam Augustam Epist.
-43. // Siquidem ipsius Catholici Symboli brevis,
et perfecta confessio, duodecim Apostolorum toti
dem est signata sententijs tanquam instructa
sit mucrone cœlesti, ut omnes hæreticorum opi
niones solo ipsius possint gladio detruncari. //
S. Isidorus lo. Originum. 6. cap. ultº. nec non li
bro. 2º. de Officijs Ecclesiasticis capite de Sym
bolo, ubi eadem met quæ Ruffinus Aquileiensis
iam dictus conceptis fere verbis scripsit. Quo
vero ordine factum fuerit Symbolum docet S.
Augustinus, seu quisquis autor est Sermon. 115.

Symbolum quo ordine ab Apostolis factum.

de Tempore. // Quod Graece Symbolum, Latine Collatio nominatur: collatio ideo quia collata inuicem totius Catholicæ legis fides, Symboli colligitur brevitate, cuius textum vobis modo Deo annuente dicamus: Petrus dixit: Credo in Deum Patrem omnipotentem. Ioannes dixit: Creatorem coeli, et Terræ. Iacobus dixit: Credo et in Iesum Christum filium eius unicum dominũ nostrũ. Andreas dixit; Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus dixit: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Thomas ait: Descendit ad inferos, tertia die resurrexit á mortuis. Bartholomæus dixit: Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Matthæus dixit: Inde Venturus est iudicare Vivos, et mortuos. Iacobus Alphæi: Credo et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam. Simon Zelotes: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Iudas Iacobi: Carnis resurrectionem. Matthias complevit: Vitam æternam. Amen. // Hæc in Sermone illo de Symbolo, de quo Vide plura apud

.S. Maximum Iaurinens. tract. peculiari, Venā
tium Fortunatum in Præfatione expositionis Sym
boli, et alios, quorum aliqui aliter symboli articu
los assignant cuilibet Apostolo, ut .S. Antoninus,
qui 3ª parte summæ, titulo 31. cap. 8. §. 1º. ita de .S.
Apostolo nostro Matthia // Demum Matthias, qui
fuit ultimus inter Apostolos duodecim connumera
tus succedens Iudæ se suspendenti, ac desperanti,
et inde ad Infernum damnato, posuit ultimum
finem nostrum, qui est gloria corporis, et animæ. Vu
de dicit. Carnis resurrectionem; et hoc quoad om
nes, bonos, et malos. Vitam æternam, quoad bonos
reservatam, et conferendam, et e contra mortem
sempiternam malis, et peccatoribus inferendam. //
Noster itaq. Matthias duobus illis Verbis et Spei,
et Fidei nostræ complementum adiecit. ~

Matthias Symbolo complementum adiecit.

Quibus autem in locis unusquisq. Apostolorum prædicaverit res est (ut inquit Baronius Annal. 1º) in Vestigatu difficilis: de aliquibus enim indu
bitanter sciri potest, de alijs Vero, ut de Apostolo
nostro Matthia, non ita. Quidam enim in Iudæa
duntaxat prædicasse illum asserunt, eamq. illi

Quibus in locis unusquisq. Apostolorum prædicaverit, difficile sciri.

.S. Matthiæ Prædicatio in Iudæa secundū aliquos.

Sorte obtigisse. (Sorte inquam non proprie dicta (ut Ecclesiasticus autor Socrates Voluit V. 1. cap. 15. sed partitione nimirum, ac divisione Provinciarum, quam interse ipsos fecerunt Apostoli Spiritu Sancto dictante ex S. Hieronymi doctrina in cap. Esayę 34. super illa Verba Prophetę. // Et ipse misit eis sortem, et manus eius divisit eam illis in mensura. // ubi ita B. Doctor. // Et spiritus illius congregaverit eos, dederitq. eis sortes, atq. diviserit, ut alius ad Indos, alius ad Hispanias, alius ad Illyricum, alius ad Graeciam pergeret, et unusquisq. in Evangelij sui, atq. doctrinę Provincia requiesceret. // et quidem sortibus tunc minime usos Apostolos docet ex Chrysostomo, Beda, et alijs Baronius d°. l°. Annal. 1° imoneq. unquam amplius post electionem Matthiae ex communi Patrum sententia diximus superius quidquid aliqui oblatrent Heretici.) Haec Apostoli nostri in Iudęa prędicatio asseritur à Breverica Historia, unde sumpsere procul dubio peculiarium aliquot Ecclesiarum Breviarij compilatores, ut Cordubensis, Granatensis, Eborensis,

Sorte divisisse Provincias interse Apostolos nequaquam verum.

Quomodo intelligendum sortito obtigisse Apostolis Provincias.

et aliarum: sed ante hos omnes docuit. S. Isidorus de Vita et morte Sanctorum // Cuidatur (inquit de Apostolo nostro) Evangelium prædicationis in Iudæa // et inferius quas quisq. Provincias sortitus fuerit referens. // Matthias Iudæâ // S. Antoninus 3ª. parte Summæ. Hº. 31. cap. 8. §. 1. // Matthias Iudæam in sortem accepit. // Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus idem affirmat in Catalogo Sanctorum cap. 149. Iacobus de Voragine in Legenda Sanctorum. Legenda. 45. Hartmanus Schedel Norumbergensis in suo Chronico. 6. Mundi ætate fol. mihi. 107. in Apostolo, idē Videtur sentire Fasciculus Temporum eadem. 6. Mundi ætate. sensere etiam Philippus Bergomas supplemēti Chronicor. lº. 8. anno. D. 80. Ioannes de Rioche in Compendio Temporum. Genebrardus lº. Chronolog. 3º. non tamen absolute, sed in hunc modum // Matthias in Palæstina (præsertim scilicet) Verba Dei intonuit // cui genti alibi idem aperte indicat prædicasse Apostolum. et alij multi, quibus favere Videtur

Martyrologium Romanum, dum in Iudæa passum dicit Beatum Matthiam ob Evangelij prædicationem. Venardus ante in suo id expresse affirmat. // Apud Iudæam Evangelium Christi prædicavit // Quæ verba refert Aldo Vicentis Archiepiscopus in libello de Festivitatibus .SS. Apostolorum ett. Quidam etiam prædicas se Apostolum nostrum in Macedonia tenent, et isthæc de illius prædicatione referunt ubi supra Petrus de Natalibus, et Iacobus de Voragine, cuius apponam verba // In quadam vero alia legenda legitur, quod dum Matthias in Macedoniam advenisset, et Fidem Christi prædicaret, quandam potionem toxicam, quæ visu cunctos privabat, sibi dederunt: quam in Christi nomine bibit: et nullam lesionem incurrit: et cum illa potione plus quam ducenti quinquaginta excecassent, ille singulis manum imponens omnes illuminavit. Diabolus autem in similitudine infantis eis apparens suasit, ut Matthiam occiderent, qui

Matthia in Macedonia prædicatio.

Matthiæ in Macedonia Miracula.

eorum cultum euacuaret. Et cum ipse in medio eorum consisteret, tribus tamen diebus cum quęrentes, minime inuenerunt. Tertia autem die se eis manifestans dixit. Ego sum. Quem manibus post tergum ligatis, et fune collo impositio crudeliter afflixerunt, et sic in carcere reclusę runt, ubi Dęmones apparentes dentibus in eum fremebant, sed appropinquare non poterant. Dominus autem cum multo lumine ad eum Veniens, ipsum de terra leuauit, et Vincula soluens, diuiniter confortans ostium aperuit. Qui egressus Verbum Dominii prędicauit. cū autem quidam obstinati persisterent, dixit eis. Denuncio Vobis quod Vivi in infernum descendetis. Moxq; terra se aperuit: et cunctos illos deglutiuit: reliqui Vero ad Dominū cunt cōVersi.

Matthię in Macedonia prędicatio Prędicationē in Iudęa prędicasse ex Equitino.

Addit Equitinus prius quam in Iudęa, in Macedonia prędicasse: Gentiles q. eius fidem, et Sanctitatem probare Volentes, potionem illam toxicam, quę Visu cunctos priuabat, ei dedisse etc.

Matthię in Ægypto Predicatio.

Alij in Egypto prędicasse Apostolum scripsere:

Fasciculus Temporum, ubi supra Videtur refer
re: refert Christianus Adrichomius in Theatro
Terræ Sanctæ in Matthia. Alij deniq. Beatum
Apostolum in ulteriori prædicasse Æthiopia di
cunt ita Sophronius in additione, seu supple
mento Catalogi Beati Hieronymi de Scripto
ribus Ecclesiasticis in S. Matthia. // In altera
Æthiopia ubi est irruptio Apsari, et Hyssipor
tus prædicavit Evangelium, cum essent ho
mines agrestes // Dorotheus, seu quis illius libel
li autor in Synopsi agens etiam de Matthia. //
Hic in interiore Æthiopia, ubi Hyssus maris,
et Phasis fluvius est hominibus barbaris, et
carnivoris prædicavit Evangelium. // Nicepho
rus Callistus Ecclesiast. hist. lo. 2o. cap. 40. //
Matthias porro qui iacturam duodenarij A
postolorum numeri sarserat, primam Æthiopi
am adiit, atq. ibi à feris, infestis, immanibus
q. gentibus multa pertulit. Cum vero quæ o
portuit et verbis, et factis divino Evangelio
annunciando præstitisset, et Christo magnam

Matthias in Æthio
pia prædicavit.

hominum multitudinem accumulasset. etc.//
Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium. 24. Martij. // Scribunt eum nō tantum in Iudæa, sed etiam in ulteriori Æthiopia Evangelium prædicasse // et Annal. t. A. D. 44 // Matthias qui in locum Iudæ est subrogatus in Æthiopiam post Iudæam Evangelij causa profectus esse traditur. // In altera Æthiopia, ubi est irruptio Agsari, et Hyssi gentes agrestissimos homines Christi lege perpolisse, tradidit Suarius in S. Matthia. Et quidem in Iudæa prædicasse, sicut prædicarunt reliqui Apostoli extra dubium est: in dubio vero, an in sortem prædicationis illi obtigerit Iudæa. Negligentiæ videtur: Si enim Apostoli omnes Iudæis primum, Gentibus deinde prædicarunt; si Sancto Petro Iudæorum conversionem, ut et Gentium S. Paulo peculiariter demandatam: si Sanctum Joannem ad Jerosolymam diu commoratum: si fratrem eius Jacobum ob Evangelij prædicationem Herodiano ibidem occubuisse gladio,

Matthias in Iudæa sicut cæteri Apostoli prædicavit.

Iudæa ne Matthiæ obtigerit in sortem prædicationis, dubium.

constat: si Sanctum Iacobum Alphæi Hierosolymorum Episcopum ad finem Vitæ glorioso confirmatæ martyrio Iudæorum colla, aut corda Christi Domini nostri iugo subdere doctrina, et exemplo curasse, certo scimus: cur in quantulo Pergamo plures quam Sacra docet Scriptura, Vel Sancti tradunt Scriptores, occupatos dicemus Apostolos? Quia (inquies) Iudæi primum vocati. Act. 13. // Tunc constanter Paulus, et Barnabas dixerunt: Vobis (Iudæis) oportebat primum loqui Verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, et indignos Vos Iudicatis æternæ Vitæ: ecce eo Vertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. // et ipsemet Paulus in Epist. ad Rom. cap. 2°. // Tribulatio, et angustia in omnem animam hominis operantis malum Iudæi primum, et Græci. Gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum Iudæo primum, et Græco. // Ideo maiorem in illis edocendis curam impendere, plures q. eis magistros dari, æquum erat. Sed tamen, primam Iudæorum Vocationem quamvis (ut par est) non negemus: negu

Quibus Apostolis prædicatio in Iudæa demandata præcipue.

Iudæi primum Vocati ad Fidem.

aquam, meo iudicio, tenebimur preter superi
us nominatos Petrum, Ioannem, et Vtrumq. Ia
cobum tantulę Prouincię conversioni alios des
tinatos fuisse Apostolos, concedere, cum omnes
fere duodecim integro pene decennio Christi
D. N. Evangelium in ea disseminassent iam,
et gentium quidem nimis multa superesset mes
sis à paucissimis colligenda operarijs. Intelli
gendus itaq. de prima Prędicatione. B. Isido
rus (si modo Isidori integrum illud opus,
et non depravatum, ut creditur, sicut et alia
eius opera) Primo enim in Iudęa, ut omnes A
postoli, prędicavit. S. Matthias: quod si quis
de ultima intelligi debere contendat, non vi
disse illum Sophronium, quando hęc scripsit,
dicemus nos, si enim vidisset, forsitan senten
tiam mutasset. De Macedonica, et Ęgyptiaca
prędicatione, quid dicam, non habeo, fides sit
penes autores. De Ęthiopica vero plurāisse
quentibus. Sed hinc non exigua oriri po
test dubitatio, an videlicet Beatus Matthias
Hierosolymitano Apostolorum Concilio, in quo

Apostoli fere omnes in
tegro pene decennio Iu
dęis prędicarunt.

de antiquandis Mosayce legis ritibus, et quibus dam gentium actum est, cum reliquis Apostolis interfuerit. Et affirmativa quidem pars S. Luce autoritate comprobari videtur, illum enim Act. 15. pluries id innuisse dicemus si Dialectice inspexerimus regulas, indefinitam universali equipollere, docenti: ita enim ibi. // Statuerunt, ut ascenderent Paulus, et Barnabas, et quidam alij ex alijs ad Apostolos, et presbiteros in Hierusalem super hac questione. // et // Cum autem venissent Hierosolymam suscepti sunt ab Ecclesia, et ab Apostolis, et senioribus // et // Convenerunt q. Apostoli, et seniores videre de verbo hoc // et // Tunc placuit Apostolis, et senioribus. // Demum // Apostoli, et seniores fratres etc. // Quod confirmatur autoritate sancti Clementis Romani, qui libro Constitutionū .6. cap. 12. expresse ait omnes duodecim Apostolos Ierosolymam data opera convenisse cū Iacobo fratre Domini, ut ea de re deliberarēt. quod etiam sensisse dicit B. Irenæus lo. 3o.

An B. Matthias Apostolico interfuit Concilio Ierosolymis.

Omnes Apostolos Ierosolymitano interfuisse Concilio probatur.

cap. 12. dum Universam Ecclesiam, inquit, convenisse; quam Sententiam mordicus tenet Genebrardus To. Chronolog. 3°. Negativa vero pars haud interfuisse Concilio huic Apostolos omnes affirmans, sed Petrum tantum, et Joannem, ac Jacobum fratrem Domini dictum, Jerosolymorum episcopum cum Paulo, et Barnaba, ut probabilior, ac verior à multis recentioribus tenetur Baronio Annal. i°. A. D. 51°. Castro in historia Deiparæ Virginis cap. 19. n°. 7°. Lovino in Act. Apostolorum cap. 15. Versiculo. 6. Serario Opusculorum Tomo. i°. Tractatu de Apostolis Assertione. 55ª. et alijs Concilium hoc anno Domini quinquagesimo primo, et Claudij. 9°. assignantibus, quibus ego subscribo libens: Probatur 9ª ipsius S. Pauli autoritate ad Galatas. 2°. de hoc agentis Concilio, ut faxentur omnes. // Et cũ cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, et Barnabæ sociis datis. // Sienim alij adfuissent Apostoli, nomi

Negativa opinio, non facit omnes Apostolos, sed tres tantũ ex. 12. cum Paulo et Barnaba interfuisse Jerosolymitano Concilio, probatur.

Apostolos omnes neutiquam interfuisse Jerosolymitano Concilio Verius.

nasset eos S. Paulus et abeis (ut ait Baronius) idem pacis Symbolum accepisset, nam nullum erat inter Apostolos schisma, ut quod hi fecissent, reliqui agere detrectarent. Nullos ergo pręterno minatos interfuisse Concilio dicendum. Quę autoritas, negativa licet, corroboratur quidem ex contrarię sententię probationis infirmatione: non enim quia Apostolicum illud appellatur Concilium, et toties a S. Luca Apostolorum mętio fiat, Apostolos q. convenisse dicatur, ideo omnes convenisse Apostolos, asserendum: indefinita namq. universali ęquipollere minime poterit, quando aliunde certis illam circumscribi terminis constet, ut constat in pręsenti ex dictis, et dicendis infra: Recte tamen Apostolicum Vocatur Concilium, et ad illud convenisse Apostolos dici potest, quia ut inquit Servius // Os Apostolorum et Pater Divus Petrus, insignis q. Dei Ecclesię columna S. Iacobus, Tertius etiam Divus Paulus illud cōgerunt, et habuerunt. // Addo et Sanctissimus Evangelista Ioannes cum

Indefinita quando Universali ęquipollet.

Apostolicum inde Vocatum Concilium licet non omnes Apostoli illi adfuerint.

Beato Barnaba. Merito igitur Concilium Apostolicum, merito convenisse Apostolos: merito Ecclesiam, si et ipsi et eorum Discipuli, seniores q. congregati, affirmabimus vel scripto, vel verbo. Quemadmodum convenisse Episcopos Tridenti ad Sacrosanctum Concilium ab universa Ecclesia Catholica celebratum, recte dicimus, etiam si non omnes Episcopi, Prelati, Presbiteri, aut Theologi omnes cõvenerint, convenerint tamen qui interfuerunt Petri autoritate, idest successoris eius, ac Iesu Christi Vicarij Romani Pontificis: et ita Irenei testimonio pro cõtraria sententia citati fiet satis: Clementi vero ex Apostolicis constitutionibus Doctrinę respondetur: Totius libri autoritatem claudicare multis ex causis, ideoq. reiectum a Concilio Trullano. Can. 2°. Et in Ecclesia Latina nullum habere nomen, teste Cardinali Bellarmino de Scriptor. Ecclesiast. in S. Clemente Romano, sed in hac pręcipue parte nihil valere dum affirmat Sanctos duodecim Apostolos convenisse cum

Clementi Romano tributus liber de Apostolicis Constitutionibus nullius, aut exiguę autoritatis. –

Iacobo fratre

Iacobo fratre Domini: quod impossibile est: quomodo enim convenere duodecim si anno Claudij 2°. ut dictum est, et Domini. 44. aut. 43. obtruncatus fuerat. S. Iacobus maior Herodis iussu, et Concilium hoc (ut communior tenet opinio Caietani Catharini, Baronij, Serarij, Gordonij, Gaulterij, et aliorum Cronographorum) celebratum. A. D. 51. et Claudij 9°.? Nulli ergo alij ex Apostolis præter iam dictos, et consequenter neq. Matthias huic, ut videtur, Apostolico interfuere Concilio. An vero et ipse, et alij omnes interfuerint dormitioni, et in cœlos Assumptioni Beatæ Mariæ Virginis. D. N. non exigua est inter scriptores disceptatio: et quidem interfuisse illum, et cæteros tot scribentium testimonio asseritur, ut huic contradicere opinationi, pene temerarium videatur: Unicum. S. Dionysij sufficeret, qui sic libro de Divinis nominibus ad Timotheum cap. 3°. ad finem. // Quandoquidē apud ipsos quoq. nostros a Deo afflatos sacrorum Principes, quando nos quoq. ut ipse nosti, et multi ex nostris sacris fratribus ad viden

Quo anno celebratum Apostolicū Ierosolymis Concilium.

S. Matthias Ierosolymitano Concilio nō interfuit.

An Apostoli omnes Beatissimæ Virginis assumptioni præsentes fuerint.

S. Dionysius Apostolos omnes dormitioni Deiparæ Virginis interfuisse affirmat.

dum corpus, quod Vitæ principium dedit, et De
um suscepit, conVenimus (Aderat autem Do
mini quoq; frater Iacobus, et Petrus, qui erat
Theologorum suprema, et antiquissima sum
mitas) Visumq; est, ut post illud spectaculū,
omnes Sacrorum Principes hymnum canerent,
et laudaret, prout poterat unusquisq; infini
tam bonitatem diVinarum Virium etc.// quæ
Areopagitæ Verba neq; de Christi carne diVinita
tem continente intelligi posse, ut perperam intel
lexit Anastasius Bibliothecarius in Præfatione ad
Carolum certum est: cum Dominicæ passionis tem
pore, neq; S. Dionysius ad Fidem conVersus,
neq; conVersionis eius post Deum autor Sanctus
Paulus: nec de Dominici corporis sepulchro, ut
Voluit Hilduinus in eundem Areopagitam: Vel
de ædibus S. Ioannis Evangelistæ, ut Matthæus
Galenus in Præfatione in Dionysium: Cur enim
ex diVersis mundi partibus tunc temporis conVe
nirent Apostoli ad contuendum, quod toties Vide
rant Dominicum sepulchrum? Cur ad Videndas
et concelebrandas S. Evangelistæ Ioannis (si mo

Anastasius Bibliothecarius male intellexit Dionysij Verba.

Hilduinus in interpretatione Verborum Dionysij lapsus.

Matthæus Galenus perperam Dionysium interpretatur.

do unquam extiterunt) quas diu inhabitaverant
ędes? ut bene notant Canisius, et Castrius in B. Vir
ginis historia. Addo ego nullatenus, meo iudicio,
Beatum Dionysium nomine corporis, quod vitę
principium dedit, vel sepulchrum, vel domum
appellare voluisse, aut iure potuisse: intellexisse
vero de corpore Virginis, testantur plures, qui eũ
vel sequuntur, vel referunt. Iuvenalis Archiepisco
pus Ierosolymitanus relatus in Historia Euthimi
aca To. 3. cap. 4. apud S. Ioannem Damascenum
Serm de Dormitione Deiparę, et Nicephorum Cal
listum Eccleſiastic. hist. To. 15. cap. 14. ad Mauri
anum et Pulcheriam Imperatores piissimos cõ
iuges. // In Sancta quidem, et diuinitus inspirata
Scriptura de Decessu Sanctę Deiparę Marię nihil
traditur: ex antiqua autem, et verissima accepimus
traditione, quod tempore eius gloriosę dormitionis, ut
ne Versi quidem Sancti Apostoli, qui orbem terrę
ad salutem gentium obibant, momento temporis
sublime sublati convenerant Ierosolymis. Iuncti
tem aderant cum Apostolis Sanctissimus Timotheus
Apostolus, et primus Episcopus Ephesiorum: et Dio

Apostoli sublime sublati
ut Virgini parerent
Ierosolymam cõveniunt.

nysius Areopagita: sicut hic ipse magnus testatur Dionysius in his, quę de Beato Ierotheo, qui ipse quoq. tunc aderat conscripsit ad dictum Apostolum Timotheum, sic dicens. // refert superius allata Dionysij Verba: Quibus consonant quę Andreas Cretensis Hierosolymitanus itidem Archiepiscopus narrat Oratione 2ª. de Dormitione Deiparę // Iam ergo illa innumerabilis eorum, qui Deum honorant, classis, sicut prius diximus, frequens erat cōgregata: et universus supermundanarum potestatum, qui intelligētia percipitur pulchre instructus cœtus, á nullo cōspectus desuper advolans ad spectaculum confluebat admirabile. Hinc certe factum est, ut divinorum sapientum pręcipui á divino spiritu arrepti ex insigni lætitia divini tunc oblectantis splendoris id, quod supererat illuminationis in extasim traducentes, illos hymnos divinitus inspiratos, illam, in quam, quę est in hymnis tropologiam, ut poterat unusquisq. attingerent alius aliū excipiens. // S. Ioannes Damascen Orat. de Dormitione Deiparę // Viuens enim Civitas Domini Dei exercituum sublime attollitur, et Reges ex templo Domini

gloriosę, et illustri Sion ad supernam Ierusalem, quæ est libera, et sua mater munus offerunt pręciosissimum: qui sunt constituti Principes ab universa terra: Apostoli inquam Dei matrem semper Virginem. // et inferius. // Eos quidem, qui dispersi erant per universum orbem terrę, eos inquā iussus divinus, nempe nubes, tanquam quodam tecto urgebat ex finibus terrę, veluti quasdam aquilas cogens, et congregans. Aderant ergo hi, qui verbum et ipsi viderant, et ei servierant, eius quoq. matri, ut debebant, ministraturi, et tanquam pręclaram, et pręciosam hęreditatem, ab ea hausturi benedictionem. // et paulo post. // et quomodo Rex Salomon propter arcę requiem in templo Domini, quod ipse construxit, omnes Seniores Ierusalem vocavit ad concionem in Sion: sic tunc propter requiem arcę intelligentis, non testamenti Domini, sed ipsius hypostasis Dei Verbi, ipse novus Salomō, qui est Princeps pacis, et universi optimus architectus, mentium cœlestium supermundanos ordines, et novi testamenti proceres, Apostolos inquam cum universo populo Sanctorum, qui erat Ierosolymis,

Nube Ierosolymam vecti Apostoli.

hodie congregabit. Quod autem hæc ita se habeant in Euthymiaq quoq; historiæ libro tertio, capite quadragesimo his verbis scriptum est. // Partem Verborum supra adduximus. Sed ante Damascenum Sancti Gregorius Turonensis Episcopus, et Ildephonsus Toletanus id asseruere. Gregorius. lo. i. de Gloria Martyrum cap. 4o. // Deniq; impleto a. B. Maria huius Vitæ curru, cum iam vocaretur à sæculo, congregati sunt omnes Apostoli de singulis regionibus ad Domum eius: cumq; audissent, quia esset adsumenda de mundo, vigilabant cum ea simul. // S. Ildephonsus Sermone. 9. de Assumpt. B. Mariæ. // O quam Venerandum, et quæ cæteris honorandum diem, in quo Dei genitrix Virgo Maria de mundo migravit ad Christum. O tabernaculum gloriæ, templum cæleste, cui Apostoli sacrum reddit obsequium, ad cuius Angeli canunt triumphum, quam Christus amplexatur. // Simeon Metaphrastes Orat. de Vita et Dormitione Deiparæ. // Per nubem autem suos congregat Discipulos, ut Venerandum eius corpus mandarent sepulturæ. Ne autem videatur esse inane quod dictum est de congregatio

ne Apostolorum, quę facta est in dormitione Virgi
nis satisfuerit summatim addere, quę à Dionysio
Areopagita dicuntur. // Affert quę nos superius.
idem in .S. Dionysij Vita // Cum Vero ad tantā
pervenisset gratiam, ut quando Dei parę, quod
Deum suscepit, corporis emigravit Spiritus, simul
adesset cum Apostolis, qui per Spiritum, et nubē
ad hanc sacram accesserunt sepulturam. etta. //
Michael Syngelus Pręsbiter Hierosolymitanus
in Vita Dionysij. // Quod Vero cursum Apostolicū
perfecerit, et admirandis editis miraculis divi
nitus gloriosus apparuerit, multa quidem et alia
fidem facient: et imprimis nubes illa, quę ab
Occidentis partibus, abreptum sublimem, ipsum
abstulit per aërem ambulantem, et elatum ab
duxit: ut etiam summos Dei inspectores, et Theolo
gos Apostolos alium aliunde repente é finibus
terrę in celeberrimam communem omnium Christi
anorum matrem Ierusalem asportavit, et in ex
celsa divinorum mysteriorum arce Syon Ecclesia
rum matre cæteris Christi discipulis copulavit, cū
Dei matris innocentissimę iusta persol Verentur.

Quod ob editum filij Dei partum, qui ex ipsa natus est, et ortum carnis ineffabiliter accepit, cū eaq; familiariter vixit, magnis honoribus auctū á cœlestibus angelorum ordinibus plurima cum pompa elatum est. Et ipsius delubrum mirandum in modum extructum sanctissimis, divinisq; Apostolorum capitibus, et manibus ex Syon in Gethsemani translatum: linguis divino spiritu percitis, igneis, ac divinissimis laudatum, et gloria cumulatum est. At divini ipsius pręconis verba audienda sunt. // Citat Areopagitę verba et prosequitur. // Quam ob rem nullus, dilectissimi, orationi fidem habere detrectet. Quomodo enim qui quoquoversum erant dispersi, atq; alius alio hospitium dirigere, et munus Apostolicum exequi, mandatum habuerant, sic brevissimo tempore iuncti simul convenissent, nisi vehiculo divino nubi simili quisq; dignus habitus esset? // Ita sentiunt Maximus Abbas super Dionysium, Michael Glycas, Epiphanius pręsbiter et alij. Quin et Græci in Cantico relato á Cristophoro de Castro historię Deiparę cap. 3º. // Virgo Deipara quando ex

hoc mundo ad illum commigrasti, quem ineffabilimodo gemuisti, adevant tibi Iacobus frater Domini primus Ierosolymorum Pontifex: cum Petrus summus ille, et cum primis Venerandus Theologorum antesignanus, sed et sacer ille divinorum Apostolorum chorus, ut divinum, atq; ex altera oeconomię Christi mysterium angelicis, planeq; divinis concentibus, et laudum gręco nijs concelebravent: utq; corpori tuo, quod et Deum susceperat, et Vitę principium extiterat, non absq; magna lętitia, et singulari hymnorum cō centu parentavent. // Indubitata quidem hęc tot, tantorumq; suffulta autorum testimonio, nec non aliorum quorundam: quo tamen modo simul convenerint Apostoli, non adeo certum: quidam enim peręgrina vectos volunt, ut vidimus: quidam vero ex revelatione de obitu Virginis pręmonitos Ierosolymam iustis itineribus petiisse. Probabilius primum, quia magis receptum, quia vero similius: quî enim absq; duranti, et cōtinuo miraculo per dies plurimos, ex divers, aclon

Miraculose peręgrina vectos Apostolos Ierosolymam probabilius.

ge dissitis mundi climatibus, marium, itinerũ, Iudaicarumq; insidiarum superatis periculis, uno, eodemq; tempore in Hierusalem conVenis sent? Miraculum utrumq; at compendiarium illud, et ab eo, credibile, patratum (siVe matris gratia, siVe Apostolorum benedictionem ab ea exoptantium accipere) qui angelico ministerio Ha bacuc Prophetam e Iudęa in Babylonem celerri me per aëra duci fecit: Danielis. 14°. Qui Philip pum Diaconum in Azotum Actor. 8°. Addo cum Castro ubi supra: DiVinitus fortasse exportatos, et deportatos fuisse Apostolos, ne tot diebus, suis deessent ministerijs. Certum tamen est, non omnes omnino Apostolos assumptioni B. Virginis inter fuisse: cum enim interfuerit B. Dionysius Areo pagita, qui Athenis S. Pauli prędicatione ad Fi dem conVersus est anno a Christi D. N. nati Vi tate quinquagesimo primo (ut tenet Castro in Ma rię Chronologia possita ad finem historiæ) Vel. 52°. (ut asserit Baronius Annal. 1°.) Virgineę Vero ę tatis. 65. aut. 66.: fateamur, oportet, non ante hũc

Apostolos omnes, qui in Viuis erant Iero solymam conVenisse certum.

Dionysij conVersio ad Fidem quo anno.

annum in coelum migrasse Deiparam Virginem.
Et quidem plures affirmant Scriptores annoeam
ætatis suæ .72. Iesu Christi Vero. D. N. filij sui
-58. Metaphrastes, Cedrenus, Glycas, Epiphanius
presbiter, innominatus apud Beatum Anselmum,
et ex recentioribus Castro, alijq. Sed anno Christi
-51. aut. 52. quo Dionysius conversus, iam noster
Iacobus Apostolus occisus fuerat ab Herode anno
nempe Christi .43. Vel .44. et (si Eusebio Cæsa
rienti in Chronico credimus). S. Philippus Apos
tolus Hierapoli in Phrygia in crucem actus anno
Christi .54. Claudij Vero Imperatoris .12°. con
tradiente tamen Hippolito martyre in Tractatu
de .72. Discipulis, ubi Philippum Apostolum
sub Diocletiano passum ait. Sanctus quoq. Apos
tolus Bartholomeus secundum aliquos (ut refert
iam dictus Castro) paulo post Philippum Albano
poli martyrio coronatus excoriatus primum, deinde
Vel cruci affixus, Vel securi percussus (utrumq. tra
ditur ab autoribus. Non ergo veri hi Beatissimæ
Virginis assumptioni adesse potuerunt, quando
quidem in Vivis non erant. Non erat saltem nos

Virgo Beatissima quo anno in cœlū assumpta.

S. Iacobus Zebedæus longe ante Virginis dormitionē passus.

S. Philippus Apostolum ante Virginis transitum in crucem actus ex Eusebio.

S. Bartholomeus paulo post S. Philippū Vivus excoriatus.

ter S. Iacobus, ergo non omnes Apostoli aderant. Dicendum tamen adfuisse omnes illos, qui tunc temporis orbem peragrabant, Evangelicæ q. prædicationis obibant munus, ut recte intellexit Serarius Opusculor. Tom. 1. Tractatu de duodecim Apostolis Assertione. 61. // Morienti vero affuisse omnes qui supererant Sanctos Apostolos Petrum Iacobum minorem, et alios ex septuaginta discipulos, boni autores memoriæ prodiderunt // refert quos retulimus supra. Credendum itaq. et Beatū Matthiam cum cæteris Apostolis Virgini parentasse, eiusq. sacratissimum corpus divina cum hymnodia extulisse, et ex Sion in Gethsemani deportasse: deindeq. cum beatissima, purissimaq. anima in cœlum assumi vidisse. Quod de Beato Apostolo nostro Matthia testatur expresse Beatus Amadeus ex ordine Sancti Francisci in Apocalypsi nova, quam illi revelavit. B. Gabriel Archangelus, quæ in Regia S. Laurentij ad Scoriale Bibliotheca asservatur. in qua videlicet Apocalypsi, Raptu 8°. congregationem Apostolorum in Transitu Virginis describens, et quam unusquisq.

S. Matthias cum reliquis Virgini parentavit.

illorum dixit funebrem laudationem, suam etiam Matthiæ assignat, cuius fragmentum, quia puram, et immaculatam sanctissimę Virginis conceptionē ostruit, hic libuit apponere. // Quibus meritis pręcedentibus, quibus operibus pręvenientibus ab omni peccato pręservata fuit Virgo? nullis inquam. Antequam esset non solum ipsa, sed coelum, et terra, et ipsa natura Angelica, iam electa erat; iam si alij caderent in uno patre promissum fuit remedium alios relevandi, ipsam vero omnino, dono Dei, et remedio passionis filij sui pręservandi: et ordinatum fuit, ut dono Dei, et divina acceptatione, Passio plus sibi pręvisa proficeret, quam alijs exhibita. Quibus meritis pręvijs in peccato non fuit concepta, omni gratia, et omni scientia fuit impleta. Nullum donum creaturę conveniens fuit sibi denegatum. In ipsa ergo laudibus potius videtur magnificari Deus, quam in aliorum laudibus: nam in ea solus Deus magnificatur: non enim in eo quod recipimus proprie laudamur, sed in eo quod agimus, et opera

Oratio. B. Matthię in Deiparę funere illius immaculatā adstruens conceptionem.

mur. Enim Vero non est dubitandum, Ma
riam Dominam nostram cooperatam fuisse tali
bus donis etta. // Adhuc Beatus Anaadeus. De
cuius revelationis Veritate dubitandum non est
exeo quod stylum minime redoleat Apostolicum,
quod enim ab Angelo Beatus ille didicerat, suo
procul dubio expressit loquendi modo, ut in
prophetis Videmus facilitatem. Ex supradictis
autem duo colligenda. Primum nullo modo au
diendos esse eos, qui Assumptionem B. Virginis
in aliud tempus reiiciunt, quig. duas illius As
sumptiones affirmant, alteram die decima quin
ta Augusti, animę Videlicet: alteram deinde
Corporis nono Kalendas Octobris ex quadam apo
cripha revelatione, quam damnat. S. Antoninus
3ª. parte. titulo. 19. cap. 11°. in fine quadere Vide
di Baron. Annal. Tom. 1°. et in Notis ad Rom.
Martyrologium die. 15ª. Augusti dicta. Castro de
B. Virgine, et alij. Secundum cane peius, et
angue Vitandos Magdeburgenses Centuriatores,
seu Circulatores potius asseverantes, de functorum

Revelationum B. Amadei asseritur autoritas.

B. Virginis assumptionem in aliud tempus reiicientes non audiendi.

Duplicem Virginis Assumptionem Corporis unam, animę alteram asserentes, Errant.

exequias rem esse recentiorem, quam quę ab Apostolis celebrari potuerit: cum non modo Sancti, ac Vetustissimi Ecclesię Catholicę Doctores, ac Patres cõtrarium doceant Clemens Romanus l°. 7°. Constitutionum cap. 30. et l°. 8. cap. 47. (Si modo Clemẽtis illud opus.) Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia cap. 7°. Tertullianus citatus ab aliquibus in l°. de Corona militis, ubi tamen paucula hac derhabet Verba, plura in libro de resurrectione Carnis. Cyrillus l°. 8°. contra Celsum, Nazianzenus orat.e 2ª. in Iulianum, Ambrosius l°. 1. de Abraham Patriarcha. cap. 9. Hieronymus in Vita Pauli, Chrysostomus homil. 4. in caput 2m. epist. ad Hebręos. Augustinus l°. Confessionum 9°. cap. 12. et l°. de Cura pro mortuis agenda per multa capita, l°. de Civitate Dei 1. cap. 13. et alij: Sed ipsamet Sacra utriusq. testamenti reclamet pagina. Genesis. 23. // Vixit autẽ Sara centum viginti septem annis, et mortua est in Civitate Arbee, quae est Hebron in terra Chanaan: Venit q. Abraham, ut plangeret, et fleret eam, cum q. surrexisset ab officio funeris etc.ª // et cap. 50. // Venerunt q. ad aream Atad, quę sita

Magdeburgensium Centuriatorum, rem nuperã esse mortuorum exequias, affirmantium, detegitur error, et hęresis.

est trans Iordanem, ubi celebrantes exequias plā
ctu magno, atq. Vehementi imple Verūt septem
dies. // Regum. 2°. cap. 3°. // Dixit autem David ad
Ioab, et ad omnem populum, qui erat cum eo: scin
dite Vestimenta Vestra, et accingimini saccis, et plan
gite ante exequias Abner. Porro Rex David seque
batur feretrum. Cumq. sepelissent Abner in Hebron,
levavit Rex David Vocem suam, et flevit super
tumulum Abner: flevit autem et omnis populus. //
Paralipomenon 2°. cap. 21. de Ioram Rege // Mor
tuus q. est infirmitate pessima, et non fecit ei popu
lus secundum morem combustionis exequias, sicut
fecerat maioribus eius. // et cap. 32. // Dormivit q.
Ezechias cum patribus suis, et sepelierunt eum su
per sepulchrum filiorum David, et celebravit e
ius exequias universus Iuda, et omnes habitatores
Ierusalem. // Libro Machabęorum. 1°. cap. 2°. 9°.
.12. 13. // et Actorum Apostolicorum capit. 8°. //
Curaverunt autem Stephanum Viri timorati, et
fecerunt planctum magnum super eum. // Ex qui
bus manifeste patet hęreticorum Vesania antiquis
simū tot sæculorum morem nuperū dicētiū inventum.

Dum igitur

Dum igitur post hæc in Evangelicæ prædicatio
nis stadio Velociter curreret Matthiæ sermo: Ecce
Deus eum ad supernæ fœlicitatis evocat Vraviumo,
quo tamen in loco, aut tempore, quo Ve modo, His
torici = certant, et adhuc sub iudice lis est.
Treverica enim Historia Perionij, sive a Perionio
latinitate donata, aut a Vuolfango Lazio sic de
B. Apostoli passione // Anno igitur post passionem
Domini trigesimo tertio plus minus, Anano Iuni
ore, quiet AKaVua, pontificatum adepto, cre
dens se opportunum tempus invenisse idem Pon
tifex adversus Discipulos Domini, Festo Præside mor
tuo, et Albino adhuc in itinere constituto, consi
lium Iudicum fecit: et quosdam deducens ad se,
inter quos et fratrem Iesu Iacobum, tradidit pu
niendos. Qua tempestate Beatissimus Apostolus Do
mini Matthias Verbum Vitæ æternæ per circu
itum Iudæis nunciabat. etc. // Narrat deinde mi
racula, quibus suam astruebat doctrinam, eiusq.
aliquot capita, et subiungit. // Dum ergo in hũc
modum circuiret Vicos, et castella benefaciens

Quo in loco, quo tempo
re, aut modo passus
S. Matthias incertum
adhuc.

S. Matthiæ passio
ex Treverica Historia.

X

et annuncians regnum Dei; de Venit in Civitatē
Galileę nomine Galim, quę latine Giscala dicitur.
et introiens in Synagogam cœpit ex Scripturis
legis l Vangelizare Christum Iesum. Illi autem
nitebantur contraire sermonibus eius, blasfemiis,
et detestationibus maledicentes. nomini Sancto.
Cumq; instantius ipse de Iesu sermonem face
ret, illi zelo repleti duxerunt eum Vinientes,
et nunciaverunt Principi Sacerdotum, et Seni
oribus dicentes: Condemnati illius Iesu, qui
se filium Dei dicebat, discipulum compre
hendimus, quem subvertentem populum per
synagogas, et compita deprehendimus, quid fa
cto opus sit, consulite. // Pergit ennarare, quę
Iudę de Matthia, quę q. Principes quidam ex
Synagoga dixerunt, at q. mox // Pontifex Ana
nus dixit. Nomen illius edicite. Responderūt:
Matthias natus de Bethlehem Iudæ. Ponti
fex dixit: Quoniam quidem non expedit nobis,
et generi nostro sermonem de Iesu propagari,
adducatur, ut siqua temerarie perignorantiam

protulit, per poenitentiam diluat: sin aliàs poenam prævaricationis incurrat. Abeuntes igitur cum ministris, Pontificibus, et aliis Principibus Magistratuum adduxerunt Beatum Virum in Concilium. Quem intuitus Pontifex ait. // Plurima deinceps apponit Verba Pontificis, quibus causam calamitatum, quas perpessa est Iudæorum gens, in hæresiarchas quosdam, et præcipue in Dominum nostrum Iesum Christum impius illevefert: legē Moysis laudat: Prophetas concelebrat, Matthiq; resipiscendi, aut se excusandi tempus assignat. Responsionem deinde Matthiq divino repleti spiritu ad longum scribit, concludit q. demum. // Pontifex dixit: Quid tibi dantur in huiq, Vis ne pœnitere? Matthias respondit: Absit á me, ut a Veritate, quam semel in Veni, non per pœnitentiam, sed per Apostasiam digrediar. Iesum Nazarenum, quem Vos quidem negastis, Verū Dei filium per omnia patri consubstantialem, cōæternum, atq. cōæqualem corde confiteor, ore prædico: Christi servus sum, aliud esse nō potero.

Tunc Pontifex obturans aures suas, et stridens dē
tibus in eum clamavit, et ait: blasphemavit.
et subiunxit: audiat legem, et lecta est iuxta
quod attinebat: Homo qui maledixerit Deo suo,
portabit peccatum suum: et qui blasphemave
rit nomen Domini, morte moriatur. Lapidibus
obruet eum omnis multitudo. Non parcet illi
occulus vester, et auferetis malum ex vobis. Cum
igitur vir sanctus, nec blandimentis everti, nec
minis, aut terroribus concuti posset, protulit
in eum sententiam. Os enim, inquit, tuum cō
tra te locutum est, sanguis tuus contra caput
tuum. Proinde ductus est ad poenam. Cum ergo
venisset ad locum Beth-laskila, idest Domū la
pidatorum, silentium indixit, et ait: Scriptum
namq; est, cum videro faciem Domini Dei sa
baoth, nunquid non vivet anima mea? Vel (ut
alij peritiori Iudeo secundum Hebraicam veri
tatem magis placuit) Quando veniam, et ap
parebo ante faciem Domini? ait enim quia pri
ma, et ultima litera nominis, quę sunt „Mem„

et „Iod„ simul iunctę resonent: quin et ipse per has literas alluserit ad nomen suum, Versiculo Psalmi: et subiunxit Vir Sanctus: Hypochritę bene prophetavit de Vobis Daviddicens: captabunt in animam Iusti, et sanguinē innocentem condemnabunt. Et Ezechiel ait: Mortificabant animas, quę non moriuntur. Testes igitur duo numero secundum legis mandatum posuerunt manus eius super eum, ac primi lapides miserunt. Matthias autem petiit illos duos lapides consepelivi sibi in testimonium illis. Et lapidatus ab illis, securi quoq. Romano more percutitur, ut quasi Pręsidi Romanę maiestatis in hoc aliquid deferretur. Tūc extensis ad cœlum manibus reddidit spiritū die. VI. Kalendarum Martiarum. Et accedentes Viri ex discipulis eius sepelierunt eum, quorū nomina sunt hæc: Lachis, Kaph, Himna, Heimhda, Samuel, Simon, Naamen, Ioseph, Ismaël, Simeon, Ioannes, quiq. Ioannes gratia Dei desti

S. Matthias in Iudęa lapidatus, et securi percussus.

tantus apostatavit, coeteris permanentibus in Fide Domini Nostri Iesu Christi, cui est honor, et gloria cum eterno Patre, et Sancto Spiritu per omnia secula seculorum. Amen. // Hec Ive Verica, cui subscribunt absq; ulla hesitatione .B. Antoninus 2ª. pª. titulo. 6. cap. 15º. Iacobus de Voragine in Legenda Sanctorum, legenda. 45. de Vita Apostoli, Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus lº. 3º. de Sanctis cap. 149. qui è Macedonia cubi pro Christi Fide, et Evangelij prædicatione carcere, et grumnas pertulit plurimas // reVersum Apostolum, ita in Iudea passu dicit. Ita ex eadem Historia Breviarium, Ebovense, Cordubense, Granatense, et alia aliarum Ecclesiarum. et libri fere omnes, qui Latio, Etrusco, aut Hispano Idiomate conscriptas Sanctorum Vitas continerent, Flos Sanctorum Vulgo dicti. Ita scribit Vitas. S. Isidorus de Ortu, et Obitu Sanctorum, dum Evangelij prædicationem in Iudea obtigisse, ait, Apostolo nostro. Ita quoq;

Romani Martyrologij Verba necessario accipienda, cum Februarij. 24. sic habeat. // In Iudea natalis .S. Matthiæ Apostoli, qui post Ascensionem Domini ab Apostolis in locum Iudæ proditoris sorte electus pro Euangelij Prædicatione Martyrium passus est. // Sed Vsuardus insuo, in Iudea Lapidatum dicit summi Sacerdotis iussu, et capite truncatum. Ex Historicis Vero Hartmanus Schedel in Chronico Mundi. 6. eta te. // Matthias Apostolus natione Bethlamites ex Tribu Iuda progenitus, qui post Ascensionē Domini ab Apostolis Sorte ineorum numero fuit electus, sicut Lucas in Actibus Apostolorum contestatus est. Et post ad Ventum Spiritus Sancti Iudeam in Sortem accepit, prædicationi, et miraculis insistebat. Narrant uero ex historia eius, quæ Ire Veris esse debet, quod Matthias in lege Domini erat doctissimus: corpore mundus, animo prudens, et consilio prouidus, in sermone expeditus. Iudæi ei ad Versantes eum de blasphemia accusabant, ideo duos statuerūt, qui

rum lapidibus oppeterent, á quodam autem inter hæ tormenta secum percutitur: extensis manibus Spiritum Deo reddidit. etta// Autor libri Fasciculus Temporum, dicti, quem Vuernerum Vesphalum nominat Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiast. // Matthias in Iudæa, Vel Egypto coronatur. De Tempore, loco, et modo Martyrij eius diVersæ sunt sententiæ. // Iacobus Philippus Bergomas Supplementi Chronicor. Lo. 8°. A.D. 30. // Matthias Apostolus natione Bethlamites: ex Tribu Iuda progenitus, qui post Ascensionem Domini ab Apostolis Sorte in eorum numerum fuit electus: sicut Lucas 2°. cap. libri Actuum Apostolorum contestatus est. Quig et in Symbolo Vitam æternam adiecit: hac tempestate dum apud Iudæam Evangelium Christi annunciaret: acerbissimum crucis Martyrium sustinuit. Eius autē Natale: 6. Kalendas Martij celebratur, licet de tempore eius Martyrij Varię referuntur sententię. // Hæc ille in Martyrij genere ab omnibus diVersus: sicut iam dictus Vuernerus in loco, Ægypto

Vuernerus Vesphalus autor libri Fasciculus Temporum dicti. in Iudæa Vel Egypto passum dicit Matthiam.

Bergomas a Iudæis in crucem actum Matthiā dicit.

Videlicet. Ioannes Tarcagnota in 2ª. parte hist. lº. 2º. ab invidis Hebræis ob sparsum Evangelij semen, occissum scribit Matthiam. Ioannes Rioche in Compendio Temporum cap. 13. // Matthias per Iudæam et Galilæam constanter prædicans Evangelium tentus, et ductus ad Anam Pontificem, qui post multa ipsum fecit lapidare, et more Romano securi percuti. // Alia opinio est Sophronij in supplemento libri de Scriptoribus Ecclesiasticis S. Hieronymi, ubi sic de Matthia. // Matthias cum esset é numero septuaginta allectus est inordinem undecim Apostolorum in locum Iudæ Iscariotæ qui fuit proditor, in Altera Æthiopia, ubi est irruptio Apsari, et Hyssi portus prædicavit Evangelium, cum essent homines agrestes: et illic dormivit, et illic sepultus est usq. ad hodiernum diem. // Dorotheus in Synopsi, quisquis ille est // Matthias cum esset unus ex septuaginta discipulis, postea undecim Apostolis duodecimus loco Iudæ proditoris annumeratus est. Hic in interiore

Sophronij opinio in Æthiopa mortuum B. Matthiam.

Ethiopia ubi Hyssus maris portus, et Phasis fluvius est, hominibus barbaris, et carnivoris prędicavit Evangelium. Mortuus est autem Sebastopoli, ibiq; prope Solis templum sepultus. // Nullum verbum apud utrumq; de Martyrio: non ita apud Nicephorum Callistum Ecclesiasticę hist. l°. 2°. cap. 40. // Matthias porro qui iacturam duodenarij Apostolorum numeri sarserat, primam Ethiopiam adiit, atq; ibi à feris, infestis, immanibusq; gentibus multa pertulit. Quum vero quę oportuit et verbis, et factis divino Evangelio annunciando prestitisset, et Christo magnam hominum multitudinem accumulasset, animo intrepido, et forti martyrij coronam suscepit. // Addit in margine Langius. // Lapidibus pene obrutus, ad postremum securi percussus // nescio quo autore, nisi Treveri ea forte, eiusq; asseclis in hac parte. et huic sententię videtur non refragari Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium dum ait. // Scribunt eum non tantum in Indęa, sed etiam in

ulteriori Ethiopia Evangelium prędicasset, ut Sophronius etta. // Adstipulaturq. Serarius Tomo Opusculorum. 1°. Tract. de Apostolis in Matthia. Christianus Adrichomius in Theatro Terrę Sanctę, et hanc, et priorem refert, nec refellit ex eis alterā // Matthias (inquit) Apostolus cum primum in Macedonia, deinde in Iudęa Verbum Dei latissime disseminasset, multosq. prędicatione, et signis ad Christi fidem convertisset, à Iudęis idęgre ferentibus comprehensus lapidibus pene obrutus est, ac postremo securi percussus. 24. Februarij: cum etiam iuxta quosdam in Egypto, et in Ethiopia agrestibus hominibus prędicasset: atq. ibi mortuus in regione, ubi Castrum Apsarus. De tempore, loco, et modo martyrij diversę sunt sententiæ. // Quæ vero ex duabus prędictis potior examinandum iam. Et quidem primam Hierosolymę videlicet passum asserens autoris exigua autoritas, minus veracem ut existimemus, facit, causas retulimus in Pręfatione; recensebimus breviter nunc pręcipuas. Prima erit quia

Opinio in Iudęa passum Matthiam affirmans refellitur.

Ireverica Historia suspectæ fidei quinq; rationibus ostenditur

Anonymus liber, et ideo de falsitate suspectus. Secunda quia si liber Damnatorum Vocatus, et à Iudæis conscriptus, qui quæso nostram sua longe meliorem depingit causam: non tam Vardi in omnibus Iudæi, ut quod perperam fecerint, peius scriptis mandarint, et male omnino adhæc usq; tempora conservaverint. Tertia quia plane confarcinatus apparet magna ex parte ex Actibus Apostolicis, et Flavij Iosephi Scriptis, ut demonstravimus alibi. Quarta, quia si Iudæam Apostolo Matthiæ in sortem obtigisse prædicationis, minus credimus, neq; etiam in ea passum dicemus, præcipue cum de mendacio manifeste possit argui libelli autor, quoad tempus, et Iudicem, ergo et similiter quoad locum. Cum enim sub Anano Iuniore Summo Pontifice, ac illius iussu lapidatum dicat Apostolum anno à Passione Domini trigesimo tertio, quia ab eius Ortu Sexagesimus Sextus, aut septimus extitit: et Ananum hunc Anani Senioris (ad quem ligatus adductus est Dominus noster Iesus Christus) filium certo sciamus

Pontificem egisse anno Dominicæ incarnationis sexagesimo tertio per tres duntaxat menses, post quod tempus ab Agrippa Rege Pontificia ei abrogata est dignitas, ita referente Flavio Josepho Antiquitat. l°. 2°. cap. 8. relato a Baronio Annal. .1°. Anno eodem Domini .63. Neronis .7°. Quid nimendacem libelli autorem asseveremus? Quod si sub Anano Iuniore accidit, coinuditq' cum Iacobi minoris nece, huic anno debuit adscribi. Sed certe accidisse, minime credimus ex supradictis: et multominus si hæc Apostoli mors incidit (ut vult Bergomas) in annum Domini Octogesimum. Demum quia, Verba illa, quæ ab Apostolo dicta referuntur // Verum Dei filium per omnia patri consubstantialem, et coæternum, atq' coæqualem. // certum est ab aliquo recentiori, saltem non qui illius Scriptore, ex Nicenæ Fidei professione, Symbolo q' desumpta; licet enim id ita esse ex Scriptura Sacra, ex Apostolica doctrina tenendum firmiter sit, fuerit q' semper, ut multi ex proxime citandis bene probant, quia vero ijsdem met conceptis ver

Consubstantialis nomine non ante Nicænam Synodum usi Patres.

vis non antea usi fuerãt Patres, perfidus Catholicæ Fidei desertor Arrius illiusq; æquaces impie asseuerarũt Dominũ N. Iesum Christum Dei filiũ non eiusdem cum patre substantiæ, neq; ipsi cõæqualem, cõæternum ve, sed minorem, et creaturam: quorum impietatem Sancta damnans Nicæna Synodus prima .318. Episcoporum ὁμοούσιον, idest eiusdem substantiæ filium cum patre dixit. Quam tamen vocem hæretici novam, et inauditam prius in Ecclesia dictitantes omittendam, abolendamq; non uno in Concilibulo decreverunt. quod tamen ipsorum antesignanus Eusebius Cæsariensis (ita eũ appellat S. Hieronymus) nõ omni ex parte concedit in Epistola ad quosdam Arrianos relata a Nicephoro Callisto lo. Ecclesiast. hist. 8. cap. 22. ex Theodoret. lo. 1. hist. // Præcipue cum sciremus ex Veteribus eruditos quosdam, et spectatos episcopos, et Scriptores in exponenda Patris, et Filij Divinitatis ratione, τὸ ὁμοούσιον, (consubstantialis) nomine usos. // Sed hæc deve Vide plura apud S. Athanasiũ multis in locis,

S. Hilarium in libris de Trinitate, de Synodis ad Versus Arrianos, de Patris, et filij unitate, de essentia Patris, et Filij, licet hęc duo posteriora opera Hilarij sint, nec ne dubitetur. Nazianzenum in tractat. de Fide Nicenę Synodi. S. Epiphaniū in Panario l°. 2°. Tomo 2°. hęresi. 69. S. Ambrosium in libris de Fide ad Gratianum, et in l°. de Fide contra Arrianos. cap. precipue. 2°. et. 3°. Augustinum l°. de Hęresibus ad Quod Vult Deum, et alibi. S. Severum Sulpicium Sacrę hist. l°. 2°. S Isidorum l°. Originū. 8. cap. de hęresibus Christianorum, et l°. de Doctrina, et Fide Ecclesiastic. dogmatum. cap. 3°. S. Damascenum in l°. de hęresibus. ex historicis Ruffinum l°. Ecclesiast. histor. 10. cap. 1°. 6. 21. 29. et alijs, Cassiodorum in Tripartita l°. 1°. cap. 12. 13. 14. 15. et alijs. Cedrenum in Compendio historiarum in Constantino. Zonaram Annal. 3°. Tomo in eodem Constantino. mitto complures recentiores. Iure itaq. optimo Serarius in Tractatu de Apostolis in Matthia. // Nam quod Perionius eum in Iudęa interfectum scribit: mi

Autoritati sentientium cum Treverica fit satis.

nes probatur. // Neq. nobis negotium facit autoritas gravium quorundam Virorum Treverica sequentium Usuardi, Antonini, Equilini, Iacobi de Voragine, et aliorum, quando enim corruit fundamentum, corruant superimposita, necesse est. Idem dicemus de aliquot Ecclesiarum breviarijs, quę (mitto alias causas) ideo etiam reformata, quia multa in eis incerta, et apocrypha: ita Pius Quintus in Bulla reformationis Romano Breviario prę fixa. // Alij enim pręclaram Veteris Breviarij constitutionem multis locis mutilatam, alij incertis et alienis quibusdam commutatam deformarunt. // Certe in Romano, quo nunc utimur, Breviariore formato nulla Martyrij S. Matthię fit mentio. Urgebis: Sancta Romana Ecclesia, cuius est docere, leges q. pręscribere, idem quod Treverica docet in Martyrologio. Fateor: maxima eius autoritas proculdubio, non tamen de Fide definiens, neq. enim ab ea latum, ut aiunt, unguem discessissent Baronius in Notis eiusdem Martyrologij, Serarius in Matthia piissimi Viri, ac religiosissimi:

Potuit quidem

Potuit quidem illius compilator exduabus probabilibus opinionibus, utram libuit, eligere, et elegit communiorem. At cum Vetus Romanum Martyrologium, quod nonita pridem typis mandatum, frustra desideratum a Baronio ita dum taxat. 24. Februarij. // Sancti Matthiæ Apostoli, et in Ventio capitis præcursoris. // nihil hic de Martyrio, nec Martyrij loco, tum nec apud S. Isidorum loco citato. Altera opinio in Æthiopia passum affirmans Apostolum, Gravissimorum licet Scriptorum fulciatur autoritate, meos etiam (ut ait Poëta) patiuer manes. Sophronius enim (à quo Verisimile est accepisse reliquos) in altera Æthiopia, ubi est civitas Aptari, et Hyssi portus, prædicasse, ibiq. mortuum scribit: Dorotheus (quisquis ille est) in interiore Æthiopia, ubi Hyssus maris portus, et Phasis fluvius: mortuum q.? Sebastopoli (Martyrio coronatum intelligas a quod utrum q.?: omnes enim Apostoli, Martyres: omnes excepto Ioanne in ipsomet accubuere martyrio) Nicephorus in prima Æthiopia Martyrij

Opinio eorum, qui in Æthiopia passum dicunt Apostolum expenditur.

coronam suscepisse ait. Baronius in ulteriore Ethiopia: Serarius tanquam B. Hieronymi citat et sequitur Sophronij Verba. Hincq. duplex cõsurgit dubitatio: altera sit ne unica, an duplex Ethiopia, hoc namq. controversum apud antiquos: Altera vero, qua in Ethiopia sint Apsarus, et Phasis fluvij, Hyssusq. maris portus - et exprima expediemus quidem nos quam citissime:

Æthiopia Duplex

Homerus namq. Odysseæ. 1°. duas cognovit Ethiopias.

Extremi hominum Ethiopes bipartiti sunt,
Solis ad occasum quidam, quidã sed ad ortum.

Indeq. etiam vocata ulterior, aut citerior Ethiopia, inde prima, et ultima respectu positionis scribentium, ut vel ipso Aristarcho teste latissime disputat Strabo l°. 1°. Plinius l°. 5. cap. 8. // Verissima opinio eorum, qui desertis Aphricæ duas Ethiopias superponunt, et ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Ethiopas ad Orientem, Occasumq. versos. // Ptolomæus vero (qui duas etiam ponit Ethiopias) alteram vocat Ethiopiam sub

Egypto, de qua capite .7°. alteram Ethiopiam interiorem, de qua cap. 9°. libri .4°. Tabula Aphricę. 4ª. Duplicem etiam esse Occidētalem inquam et Orientalem sensisse visus est Papinius Thebaid. 10.

Stat super occiduę nebulosa cubilia noctis
Æthiopas q̄ alios. etta.

In secunda vero dubitatione diutissime quidē velut in salebroso inhęreremus portu, illū Hyssi, illa Apsari, et Phasidis frustra in Ethiopia quę ritantes flumina: ni bono quodam nostro fato longe digressi, in Euxinum mare, Capadocumq̄ litus vela fecissemus: illic namq̄ et portum, et flumina, quin et Sebastopolim urbem invenimus. Ptolomęus Geographię l°. 5. cap. 6. Tabula Asię .1ª. in qua de Cappadocia.

Ponti Cappadocij iuxta Sydonem.
Ischopolis.
Cerasus.
Pharnacia.
Hyssi portus.
Trapezus.

Hyssi portus in Cappadocia.

Iuxta autem Cissios.

Pitusa.

Risus Portus.

Athenarum promontorium.

Chordule.

Morthula.

Archadis fluminis ostia.

Xyline.

Cissa fluminis ostia.

Apsorus Cappadocię fluvius.

Apsorus.

Apsori fluv. ostia.

Ubi scinditur in Glaucum amnem, et Lycum.

Fontes Apsori fluminis.

Sebastopolis Cappadocię urbs.

Sebastopolis.

Plinius lo. 6. cap. 3. // Cappadocia intus habet Coloniam Claudij Cęsaris Archelaidem, quam prętexit fluit Halys. Oppida. Comana quod Sarus, Neocęsaream quod Lycus, Amasiam, quod Iris in regione Gasacena. In Colopena vero Sebastiam, et Sebastopolim. // et eodem lo. cap. 4°. agens de Themiscyra regione, Cappadocię parte. // Flumen Adarum cum Castello cognomine in faucibus

à Trapezunte CL. M.P. // et inferius de Phaside clarissimo Ponti flumine // et alios accipit fluvios magnitudine, numeroq. mirabiles, inter quos Glaucum. In ore eius insulę sine nomine. Abest Absaro LXXV. M. // Deniq. // Castellum Sebastopolis, à Phaside Centum. M. Pass. gens Sannigarum etc. // Hyssi Vero portus, Apsari, Phasidis fluvij, et Sebastopolis urbis meminit in Periplo Ponti Euxini Arrianus, qui sub Hadriano Imperatore toti illi orę cum imperio prę fuit, ab ipsoq. etiam Cappadocię Prę fectus teste Dione in Hadriani Vita. Sebastopolis in Cappadocia mentionem fecit Autoninus in Itinerario, sed credo, Mediterraneę, de qua Ptolomęus quoq. ubi supra, altera enim, quę et celebrior, litoralis, quam Sanctum Gregorium dici hodie, interpres Ptolomęi Villanovanus affirmat. Duplicem autem fuisse Cappadociam, ut et duplex erat Ęthiopia, autor Strabo l°. 12. // Macedones Cappadociam in duas Satrapias a Persis divisam accipientes partim spontanei, partim inviti ex Satrapijs in regna redegerunt: atq. maiorem Cap

Phasis Fluvius.

Cappadocia Duplex.

padociam, quę Taurum Versus est, proprie Cappa
dociam nominarunt, alteram Pontum. Quidam
eam, quę Pontum Versus est, Cappadociam Voca
Vere. Nos autem maioris Cappadocię ordinem
nunc ignoramus. // Duas etiam Cappadocias,
primam scilicet, et secundam nominat noti
tia Imperij Orientalis: Vide Guidum Panziro
lum in Commentarijs ineandem Notitiam cap.
.129. De Pręside Cappadocię. Primam pariter,
et secundam Cappadociam enumerat. S. Grego
rius Nazianzenus Orat. 30. in Basil. Sed et I
sidorus Pelusiota in Epistol. pluries etiam du
plicis Cappadocię mentionem facit, unamq. op
timam, et optimorum matrem, et altricem: pes
simam Vero, et pessimos gignentem homines al
teram dicit. Fuisse autem omnes fere Ponticas
gentes barbaras, agrestes q. testatur Herodotus in
Melpomene, seu l°. 4°. // Pontus Euxinus, in quem
Darius fecit expeditionem, nationes exhibet om
nium imperitissimas, Scythica duntaxat excepta.
Nullius enim nationis eorum, quę sunt intra Pon

Cappadocia pessimos gignens homines.

Ponticæ gentes barbaræ, agrestes, imperitissimæ.

tum, aut aliquid ad sapientiam pertinens proferre possumus, aut aliquem Virum pro erudito habitum novimus præter Scythicam gentem, et Anacharsim. // Hinc Cicero in Oratione post reditum in Senatu. // Cum hoc homine, an cum stipite Æthiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse, sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanũ, neglectum, Cappadocem modo abreptum de grege Venalium diceres. // Servile enim ac Venale hominum genus Cappadoces. Horat. l°. 1°. epist. 1ª.

Servile genus hominum Cappadoces.

Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum Rex.

Persius Satyr. 6ª. = Ne sit præstãtior alter

Cappadocas rigida pingues pavisse catasta.

Martialis l°. 6. epigram. 77.

Quid te Cappadocum sex onus esse iubes?

et l°. 10. epigram. 86.

Nec de Cappadocis eques Catastis.

Feroces quidem appellavit eos Lucanus. l°. 3°.

= Venere feroces

Cappadoces feroces, Sævi.

Cappadoces.

Sævos Martialis l°. 9. epigram. 31.

Cappadocum sævis Antistius occidit oris.

Lucianus in Pseudomante omnes Ponti accolas superstitiosos, fatuos, crasso ingenio, omnis humanitatis, atq; doctrinę expertes dicit. Unde Vulgatissimum illud apud antiquos „ Tria Cappa pessima „ de tribus nationibus K. seu C. litera initiali denominatis, Cappadocibus nimirum, Cilicibus, et Cretensibus, quanvis S. Augustinus in Grammaticis aliò detorqueat ad tres Videlicet Cornelios Syllam, Cinnam, Lentulum. Entibi unam et alteram Cappadociam: primam et secundam: quid ni ulteriorē, et citeriorē etiam dicamus? En Absarum, sive Apsorum, et Phasidem fluvios: En Sebastopolim: En homines illius terrę tractus accolas feros, et agrestes immanesq; sin minus carnivoros, ut de suo addidit Dorotheus. Quid ergo inferemus inde? Necessario certe mendum olim irrepsisse in Sophronij textum, ex eoq; in reliquos, reponendumq; pro „ Æthiopia „ Cappadocia „ Quod autem animadversum est à nemine quod sciam, et revera non possum non mirari Baronium, et Serarium lynceis oculis Viros, deq; literaria Republica meritos optime, hoc non previdisse. Dum hęc commentarer, incidi in librum Scholiorum Ioannis Guilielmi Stukij in Periplum Ponti Euxini, qui sic expli

Tria Cappa pessima quid.

Mendum in Sophronij Codium irrepsisse ubi de S. Matthię prędicatione, et morte agit, reponendum q. pro Æthiopia, Cappadocia.

cans illa Arriani Verba. // Hyssi portum appulimus //
// Hyssus Ὕσσος, et fluvius fuit (ut infra docet) et
portus à fluvio illo sic cognominatus. à Trapezunte dis
tans centum octoginta Stad. Ptolomeus portum hunc
in Ponto Cappadocum, iuxta Sidonem, inter Pharnaci
am, et Trapezuntem ponit. Eiusdem quoq; meminit
Sophronius in Vita Matthiæ his Verbis. ἐν τῇ δεύ
ρα Αἰθιοπία (mendum Videtur esse, et
Καππαδοκία legendum) ὅπου ἡ παρεμβο
λὴ Ἀπσαρου καὶ Ὕσσου λιμὴν: in secun
da Æthiopia (seu potius Cappadocia) ubi Apsari
eruptio, et Hyssi portus. // hæc legi apud Stukiū,
neq; mediocriter equidem lætatus sum unam et can
dem hac in re illi et mihi mētem fuisse, eiusq; autori
tate robarata.

Mendum in Sophronij textu a Stukio etiam deprehensum.

Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
ut ait Epicus divini operis. 9°. Dicendumq; meo in
dicio, hanc secundam opinionem longe probabiliorē
Videri tum ex superioris refutatione, tum ob maximā
autoris (Sophronij nempe) existimationem etiam a
pud S. Hieronymū (qui eum in Catalogo Scriptorum
Ecclesiasticorum laudat), Illic (in Cappadocia) dor
miisse dicentis: illic q; sepultum usq; ad hodier

S. Matthiam in Cappadocia passum longe probabilius.

num diem, sua videlicet tempora; ubi nostris requies-
cat, dicetur inferius. De genere mortis non liquet,
alij lapidatum, et securi percussum: alij in crucem
actum dicunt: probabilius credo ex plurimorum sen-
tentia lapidibus impetitum et securi percussum, for-
te ab iratis Sacerdotibus Solis, et populo Sebastopo-
litano superstitioni dedito, et commoto.

De genere mortis Apostoli Matthiæ nō liquet.

Probabilius ex multorum sententia S. Matthiam lapidibus impetitum ac securi percussū.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sævitq́ animis ignobile vulgus,
Iamq́ faces et saxa volant, furor arma ministrat.

Ita tunc accidisse: causa quidem in promptu: quia
veri numinis prædicabat, in anium Deorum in-
crepabat cultum, Sacerdotum Dæmonis minuebat
lucrum, Sycophantiam detegebat, populi cæci-
tatem libera incessebat voce. De anno, quo acci-
dit dictum iam. Diem Latini omnes vigesimam
quartam Februarij assignant, Græci vero nonam
Augusti, ut videre est in Menologio, et in Constitutione
Emmanuelis Imperatoris Titulo de Ferijs.

Ab iratis Sacerdotibus Solis Sebastopoli occisum Matthiam, quod eorum Sycophantiam detegebat, nec non a populo commoto credibile.

Ut occisum, ita et in Iudæa sepultum Apostolū
á nescio quibus ipsius discipulis ex Ire verica re-
tulimus Historia, idem q́ tenent quicam secuti.
Addunt quidam ut S. Antoninus, et Iacobus de

Ubi sepultus S. Matthias.

Voragine ex Judęa Romam inde Treviros esse translatum corpus Apostoli. Hartmanus Schedel in Chronico. 6. Mundi ętate. // Inde (ex Judęa) Romam: cœteri Paduam: reliqui Treviros translatum ferunt. // habet Martyrologium quoddā Germanicum. 1ª. Septembris die, Agricium à Beato Sylvestro Treviros ad Sanctam Helenam interdonaria plurima. S. Matthię corpus detulisse. At qui Sophronij ętate, qui. B. Hieronymi eoęqualis, Helenaq. et Sylvestro multo posterior, in Cappadocia iacebat adhuc. // et illic sepultus est usq. ad hodiernum diem. // Verba sunt Sophronij. Et quidem Verosimillimum eundem et passionis, et sepulturę locum extitisse. Sebastopoli Cappadocię urbe mortuum esse, ibiq. prope Solis templum sepultum afferit quisquis ille est Dorothęus in Synopsi. Templi huius mentio apud nullum alium: certum tamen Cappadoces magna ex parte Persicam religionem amplexos. Strabo l°. 15°. // In Cappadocia, ubi maxima est Magorum multitudo, qui Pyrethi

S. Matthiæ corpus quidam apud Treviros, quidam Paduæ, alij Romę dicunt esse.

Cappadoces Persicam Religionem amplexi.

Vocantur, et multa Persicorum Deorum templa. // Cappadocij enim magnitudo à Persis originem traxit, et nomen, autore Constantino Porphyrogenneta de Thematibus in Themate Armeniaco. // Cum (ait) Artaxersi Regi, autumnio an alteri cuidam leo inter Venandum occurrisset, eiusq. equum invasisset, oblatus casu Persa quidam in hoc leonis occursu, stricto acinace Regem de vita periclitantem liberavit, et leonem interfecit. Hic itaq. Persa cum altissimum quendam montem conscendisset, uniVersamq. regionem, quoad longissime humani oculi acies pertingere posset, circumspiciens tam Orientem, et Occidentem, quam Meridiem, et Septentrionem Versus omnem eam a Rege dono accepit. //

Cappadocum Regum origo.

Quæ narrari ait à Polybio, unius hodie multa sunt deperdita opera. Primus porro apud Persas, et maximus Deorum Sol. Ovidius Fast. i.

Primus Deorum apud Persas Sol.

Placat equo Persis radijs Hyperiona cinctum,
Nec detur ulteri victima tarda Deo.

Quem Mithran vocabant. Xenophon in Cyro

nomico de Cyro durante. // Iuro tibi, o Lysander, per Mithran, quem nos omnium Deorum Maximum habemus. // Strabo l°. 15°. // Persę cœlum Iovem putant: colunt Solem, quem Mithran vocant. // Suidas in Lexico // Mithran Persę Solem esse censent, multas q'. illi Victimas immolat. Neq'. illi quisquam initiari potest, nisi per quosdam supplicionum gradus se Sanctum, et á malis immunem esse probarit. // Quin et Pöëta: Statius Thebaid. l°. i°. in fine.

Mithra Persis Sol.

Maximum apud Persas iusiurandum.

Statius illustratus.

Adsis o memor hospitij, Iunonia q'. arva
Dexter ames. Seu te roseum Titana vocari
Gentis Achemeniæ ritu: seu præstat Osyrin
Frugiferum: seu Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mythran.

ubi Lactantius interpres hæc inter alia. // Persę in Speleis Solem colunt, et hic Sol proprio nomine vocatur Mytra, quig'. Eclypsin patitur, ideo intra antrum colitur. Est autem Sol Leonis vultu cum thyara Persico habitu, et utris q'. manibus Bovis cornua comprimens, quę interpretatio ad Lunã

dicitur, quę indignata sequi fratrem occurrit illi, et lucem ei obscurat. // Claudianus etiam pulchre ut solet Pnegyr. 1ª. in laudes Stileonis.

= Defixę q. hos pite pulchro
Persides arcanum suspiravere calorem
Thuris odoratę cumulis, et messe Sabęa
Pacem conciliant arę, penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, ritu q. invencos
Chaldęo stravere Magi: Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram, secretaq. pelli
et Vaga testatur Volventem sydera Mithran.

Martianus Capella de Nuptijs Philolog. l°. 2°.

Hinc Phoebum perhibent prodêtem occulta futuri.
Vel quia dissolvis nocturna admissa: et Isęum
Te Serapim Nilus, Memphis Veneratur Osirim,
Dissona Sacra Mithram. etta.

Sol in Cappadocia cultus sub Apollinis Cataonis nomine.

peculiariter autem cultum in Cappadocia Solem sub Apollinis Cataonis nomine refert Strabo l°. 12°. de Cataonia Cappadocię parte agens. // Habet et fanum Apollinis Cataonis, qui totam per Cappadociam colitur. // Credibile itaq. Solis tem

plum, Vel Catanis Apollinis, Vel Persico more Mithræ dicti, Sebastopoli fuisse urbe quondam celeberrima, deinde (ea est rerum humanarum vicissitudo) castellum, sed non ignobile Plinij tempore, aut Castrum, ita Vocat Iustinianus Novel. Constitu. 28. ab ipso tamen Iustiniano (ut Procopius autor est Sermone 3°. de ædificijs Iustiniani) ita magnificis illustratum ædificijs, ut in præclaris sinam evaserit urbem, ac Metropolim. Laonicus Chalcondilas de rebus Turcicis l°. 9. in Iberiæ Pontici regionis descriptione (cuius modo de Sebastopoli hac) // Urbes hæ propinquæ sunt Samachio, quã urbem tenent, et incolunt Turci, sub quorum potestate degunt separatim infra Cachetum urbem in regione maritima Sebastopolis Minceliorum (alias Mingreliorum) et Dadianni Metropolis. // Credibile etiam pro huius templi foribus Velut Victimam Deo gratissimam suo impiæ religionis errore, ut diximus, immolatum Apostolum, ibiq; sepultum. Quomodo autem, aut quando Romam deportatum ne coniectura quidem assequi

Sebastopolis celebris olim urbs.

possum. Requiescere tamen Romę, et non apud Trebiros ipsemet. S. Antoninus ex communi refert consensu. // Sed dicitur communiter requiescere in Ecclesia Sanctę Marię maioris sub lapide porphyretico, cuius caput populo demonstratur. // Idem tenet Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus ubi supra. // Cuius corpus in Iudęa sepultum: deinde Romam translatum in Ecclesia Sanctę Marię maioris esse dicitur: et ibidem caput eius populo demonstratur. // Serarius // Romani eiusdem se in nobilissimę, et Marianarum omnium, quę Romę quidem sunt, Vetustissimæ Ecclesię ad Domini Presepe, seu Marię maioris altari primo, corpus habere prędicant. // Idem tenent quotquot de Mirabilibus Romę libellos conscripsere. Ego certe indignus licet, manibus aliquando meis, Romę cum essem, sacrum Apostoli caput, saltem creditum, Venerabundus accepi, oculis admovi, et osculo, ut ut potui, ex corde, ex animo sum Veneratus. Corpus requiescere dicitur subtus altare maius in Capellulla quadam, non

Corpus. S. Matthiæ Romę in Ecclesia. S. Marię maioris sub ara maxima requiescit, Caput populo ostenditur.

in Sacello ad

in Sacello ad presepe quod ad latus hodie et Sixti Quinti dictum. Suspicatur Serarius, ut has ex diametro repugnantes conciliet opiniones, Vel aliquā olim huius Apostoli reliquiarum diVisionē factā inter utramq. urbem TreVerim nimirum ac Romam: Vel diVersorum eiusdem nominis Sanctorum corpora unamquamq. possidere, cum tamen quęlibet pro Apostoli corpore suum colat: nam et Matthias alius Apostolorum discipulus Hierosolymorum Pontifex, cuius meminere Eusebius Cęsariens. lo. 4. Ecclesiast. hist. cap. 5. et in Chronico. S. Epiphanius in Panario lo. 2o. Tom. 2o. hęresi. 66. Nicephorus Callistus Ecclesiast. hist. lo. 3o. cap. 25. Martyrologia Bedę, Usuardi, Adonis, Vetus, ac noVum Romanum. 30. Ianuarij. ita Vetus. // Ierosolymis Matthię Episcopi, qui octaVus fuit post Iacobum. // NoVum autem eadem fere habens quę Usuardus, et Ado. // Ierosolymis natalis Sancti Matthię Episcopi, de quo mira, et plena fide gesta narrantur: qui sub Hadriano multa pro Christo perpessus, demum in pace quieVit. // Ego decernere nō

Serarius Vel diuisionem reliquiarum. S. Matthię factam suspicatur, partemq. TreViros, partem Romanos possidere; Vel diuersorum huius nominis santorum corpora unamquāq. possidere urbem.

S. Matthias Apostolorum discipulus Ierosolymorum Pontifex, et Martyr.

audeo, credo tamen quod Rome frequenter audivi.

Evangelium sub S. Matthia nomine apocryphus liber.

De Scriptis Vero Apostoli nostri, que sparsa apud autores in Venerim, brevitter dicam. Evangelium olim sub eius nomine Vulgatum, cuius mini neve Origenes homil. 1ª. in Lucam, Clemens Alex. Stromat. lº. 7º. Eusebius Cesariens. lº. 3º. Ecclesiast. hist. cap. 25. damnat Gelasius Papa in cap. Sancta Romana Ecclesia Distinct. 15ª. Actorum Matthie,

Actorum S. Matthie nomine liber apocryphus.

sive sub nomine Matthie prodiit etiam liber, sed et hunc quoq; reiiciendum scribit Innocentius Papa ad Exuperium de commentitijs Apostolorum Actis agens // Cætera que sub nomine Matthie, sive Iacobi minoris, Vel sub nomine Petri, et Joannis, que á quodam Leucio Scripta sunt, Vel sub nomine Andree, que á Nexocharide (alias Hexocaride) et Leonide Philosophis, et sub nomine Thome, et si qua sunt alia, non solum repudianda, Verum etiam no Veris esse damnanda. // Utrq; tamen liber, qui malo nostro in Lucem prodierat, bono nunc nostro in tenebris delitescit, si enim pre manibus esset, falsa eius doctrina in perniciem

Catholicorum armarentur proculdubio nostri saecu
li Novatores, denuoq. Dei Ecclesiae bellum indicerēt.
Extitit etiam aliquando, sed interiit pariter, aliud A
postoli opus de Traditionibus inscriptum, quod ut
genuinum ipsius citant non semel Clemens Alexā
drinus, et Eusebius Caesariens, Baronius Vero A.D.
53. non improbat. Ex eo aliquot Velut apophtegmata
Videmus hodie apud eundem Clementem, qui 1°.
Stromat. 2°. tale Matthiae documentum refert. //
Admirari praesentia, eum enim esse primum gra
dum ulterioris cognitionis. // et Stromat. 3°. // Cum
carne decertandum est, eaq. abutendum: animam
Vero fidei, et cognitionis tanquam nutrimentis au
gere oportet. // quam etiam sententiam, sed explica
tius habet Caesariens. Eusebius Ecclesiast. hist. 1°. 3°.
cap. 29. // Dicunt autem etiam Matthiam ita
docuisse ad Versus carnem pugnandum, et in nul
lo prorsus Voluptati eius, ac libidini concedendum.
Animam Vero alendam Sapientiae pastibus, et sci
entiae cibis in maius semper augendam. // Demū
Clemens Stromat. 7°. hanc Matthiae refert sententiam. //

Liber de Traditionibus sub. S. Matthiae nomine non reiiciendus, licet hodie non extet.

Apophtegmata ex 1°. S. Matthiae de Traditionibus.

Si electi Vicinus peccaverit, peccavit electus. Nam si se ita gessisset, ut iubet Verbum, Vel ratio, eius Vitam ita esset reveritus Vicinus, ut nô peccasset. // et hęc de Scriptis Matthię. Qui (ut hoc obiter dicamus Lorini Verbis in caput. 1. Actor. Vers. 26.)

Cur in Canone Missę ante consecrationem non ponatur .S. Matthię nomē cum reliquorum Apostolorum nominibus.

// In Canone Missę ante consecrationem non ponitur cum alijs Apostolis, tum ut esset etiam aliquis Apostolus ex duodecim in secundo ordine, ubi dicitur: cum tuis Apostolis et Martyribus: tum quia non fuit Apostolus ante passionem Christi, neq. legitur in ordine Apostolorum in Evangelijs: Pauli Vero privilegium est, ut semper coniungatur cum Petro.

.S. Paulus cur in Canone cum undecim Apostolis coniungatur.

Qua de causa post consecrationem invocetur .S. Matthias, et .S. Stephani nomini postponatur.

Stephanus autem Matthię prępositus est propter ordinem non dignitatis, sed passionis, prius enim passus est Stephanus, sicut propter eandem causam, Ioannem, qui primus ponitur, putant quidā esse Baptistam, Martyrem videlicet, et aliquo modo Apostolum. // hęc Lorinus valde quidem diversus a Guilielmo Duranto in Rationali Divinor. Officior. l°. 4. cap. 46. Gabriele Biel in Can. Missę. lect. 59. qui causam, cur Matthias illo in loco nominetur,

.S. Ioannis nomine in secunda Canonis parte Baptistam intelligi ex Lorino.

pretereunt, Ioannis vero nomine non Baptistam, sed Evangelistam intelligi debere, dicunt, urg. repetatur. Verum quia Gestorum Apostoli seriem quibusdam aliquando questionibus, non alienis certe, sed longioribus intersecavimus: operepretium erit nunc, que sparsim in libello toto scripta, in eius calce pro epitome ob oculos ponere eo saltem modo, quo nos accidisse putemus probabilius.

S. Ioannis nomine in secunda Canonis parte Evangelistam intelligi ex Durâto et urg. repetatur.

Beatissimus igitur Apostolus Matthias honestissimis parentibus in Bethleem Galileę de Tribu Zabulon: nonnine peculiari numinis providentia tale sortitus nomen, quod Vel Dei parvum, Vel Donum, Vel a Deo datum sonat: Dei parvum ob singularem eius humilitatem: Donatum, Vel Apostolatus culmine, Vel nobis ad sanctimonię Virtutumq. omnium exemplar, tot, ac tantę in eo eluxere semper. A prima namq. pueritia ita se pietati, itaque Sacrarum literarum studijs addixit, ut cum cõęqualium rubore, cum Magistri stupore, longe omnes, imo et Magistrum ipsum Simonem (quantum Vis in lege peritum) et animi, et ingenij dotibus, et intelligentia Scripturarum anteiret.

S. Matthię Vita in Epitomen redacta.

Apostoli genus.

Apostoli nomen.

Apostoli studia.

Apostoli Castitas.

Castitatem, pudicitiamq. adeo coluit, ut non homi
nem illum, sed coelitem diceres: non coelibem modo
Vitam, sed impollutam, sed de carnis illecebris
triumphatricem pene cernere posses animam. Vi
dit certe ille, qui eam ipsi Velut mutuo dederat,
in quo, et perquem creata omnia, qui scrutatur
corda, et renes Deus, Dei Verbum, Dominus, ac Ser
Vator noster Iesus Christus tunc in terris degens,

Apostolus inter. 72. discipulos.

in suumq. admitti consortium Matthiam, in q.
alVum Septuaginta duorum Discipulorum refer
ri Voluit. Passo deinde Domino Nostro Iesu
Christo, ac rediVivo, á propria q. in coelos assumpto

Matthiæ in Apostolum electio.

Virtute, placuit Apostolis Spiritu afflatis diVino,
in locum proditoris Iudæ (in Apostolum inquam)
aliquem cooptare Virum tali, ac tanto dignum
munere, qui duodecim Ecclesiæ fundaminum im
pleret numerum, quiq. gestorum Domini omni
maior exceptione testis existeret. Segregantes ergo
ex omni credentium, ac Discipulorum multitudi
ne Iosephum Barsabbam Iustum cognomine, Ius
tum merito præmeritis Vulgo Vocitatum, et Mat
thiam (quem male quidam Barnabbam etiam

appellant, peius alij Zachęum publicanũ credũt)
divinum invocant numen, ab eoq. summis effla
gitant precibus, ut ex his duobus, quem in Aposto
lum elegerit, ostendat: eisq. vel schedularũ, vel
calculorum, vel alterius cuiusvis materię sortes
aut sortium potius instrumenta dantes, cœlestis
suffragij probationem expectant: et ecce tibi Mat
thiam Iusto sorte pręlatum, ecce Apostolum, ecce
duodenarium implentem numerum, gratulã
tes socios, ipsumq. et Deo, et socijs gratias referẽtem.
Non indiget humano calculo divinum iudicium,
et tamen fere semper ita iudicat Deus, ut in ser
mone hominum iustificetur, quemadmodum in
electione Matthiæ iustificatus: ita ille Apos
tolum egit: ita se gessit verbo, et exemplo: ita su
perno, quo repletus erat lumine mentes illustra
bat audientium, videntiumq. oculos in veri Dei,
ac Domini nostri Iesu Christi pelliciebat amorem.
Potentissima eloquentię, ac veritatis divinę vis, po
tentissimum ad permovendos animos exemplar in
culpatę vitæ, sed maioris tamen adhuc potentię

quoad nos, quia minus frequens, miraculorum patratio, qua suam quoq. astruebat electionem, doctrinam, Vitam Matthias, mirantibus Ierosolymis unius hominis nomen Iesu, et numen inclamantis Voci non elementa modo, sed coelum etiam ipsum obedire. Decimo tandem à Dominica passione anno, partiti inverse Provincias Apostoli ad disseminandum Dei Verbum, in eas profectionem parant (invisissent licet iam aliqui suas) Sed ne suboriretur in eorum doctrina, aut Dęmonum, aut hominum fraude error, diversitas Ve, pręcipua Doctrinę Catholicę capita, Christianę Symbolum (idest signum, aut indicium) Fidei, in unum congregati constituunt inchoante Apostolorum Coriphęo Petro, claudente Vero Matthia nostro. In suam tandem profectus Provinciam

Apostoli prędicatio.

Apostolus (quam Iudęam quidam, quidam Ęthiopiam dicunt, nos Vero Cappadociam credimus) agrestibus illic, et feris hominibus, imo non hominibus sed feris Evangelium Christi prędicavit, eosq. mansuefecit ita, ita ad suam traxit doc

trinam, et à suo pendentes ove, ut Vel occinen
tem diceres Orpheum, Vel Gallicum orantem
Herculem. O ter foelices illos ex mi servimis Pon
ti accolis coelestis Hierusalem ciues factos: O for
tunatissimum Apostolum; qui tot, ac tanta de hu
mani generis hoste triumphato coelo intulit spo
lia: quiq; animatum ut videret coelum, coeli
nimirum reginam in coelorum assumendam Re
giam, Angelorum ipse ministerio, nubibus insidēs,
super pennas Ventorum ambulans é Cappadocia
in Iudæam repente Vectus, cum reliquis, quitūc
in Vibis erant, Apostolis Deiparq; Virginis et mor
ti adfuit, et funeri, assumptioni q; gloriosissi
mæ ab Angelicis adstantibus choris, ab Apostoli
co coetu, à præsenti fidelium turba hymnis, et
laudibus concelebratę diuinis. Re Vectus deinde
in Cappadociam, ut suum impleret ministeri
um, cum in dies magis ac magis fallacium Deo
rum exinaniret cultum, Veriq; Dei, ac Domini
nostri late propagaret: Idolorum Mysę Chris
tiani Labarum Imperij, salutis Vexillum nostrę,

Dæmonis aufugium, Crucem, erigi passim Viden
tes, obmutescere simulachra, cessare hostias, sub
Verti, aut deseri phana, lucosq. suas detegi tech
nas, pessumire lucra, nimio perciti furore in A
postoli coniurant necem: ac ut illam ei quam ci
tissime inferant, nullum non movent lapidem:
sanguine, aut amicitia sibi coniunctos cõvocant,
patriam religionem desertam, exteram contra
ius fasq. à quibusdam probatam, à multis ad
missam credulis, quiritantes, numinum spretorũ
intentant minas, Vindictam inclamant. Mini
me latent Apostolum hæc, sed non ideo latitare ge
nerosus illius decernit animus, imo furentibus ob
viam ire certo sciens Vocari sese iam ad immar
cescibilem iustitiæ coronam, quam post tot egregie
obita certamina redditurus ei esset iustus Iudex.
Intrepidus igitur (ut assolebat) in medium pro
dit, prædicat Verbum, instat, arguit, obsecrat,
increpat: circumstant eum Velut apes furẽtes
illi, et irati Solis conclamato nomine (forte enim
pro foribus templi Solis Sebastopolis aderant,

Apostoli mors

et si quidam, non bene meo iudicio, sub Anano Iuniore Pontifice in Iudea lapidatum, et securi percussum Apostolum Velint) lapidibus, fustibus, ferro impetunt, multis q. eo fossum vulneribus humi sternunt: unde anima sanctissima velocius quam à texente tela succiditur ad suum evolavit creatorem, ac Magistrum, Die 24. Februarij (tenent Latini omnes, Graeci .9. Augusti) Anno à Nativitate Domini secundum quosdam .66. aut .67. secundum alios .80. certo scivi haud potest. Lacerum corpus Apostoli alitibus, et feris devorandum sub dio ab idolatris relictum efferentes fideles honorifice sebasto politumulant, quo in loco ad B. Hieronymi tempora, et ad posteriora fortasse permansit. Romam inde translatum (aliqui Roma Ire Vivos affirmant) in Ecclesia Sanctæ Mariæ maioris sub ara Maxima hodie requiescit, caput populo demonstratur. Librum traditionũ reliquit, ex quo adhuc extant apud autores sententiæ perutiles: sed utilior virtutũ eius imitatio, sed utilius patrocinium in cœlis, ut gerna, qua ille gaudet fœlicitate perfruamur tandem aliquãdo Dei benignitate possimus. Amen.

Montemayor
delmarmol

℣. L.D.O.M. ℣